M. 4/4

6
16-c
34

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
14 B
16

Ex Bibliotheca
ajori Coll. Rom.
Societ. Jesu

19-2-19

19
2
25

5 Hc 36

COMMENTARIVS IOANNIS CAESARII CONSENTINI IN TRIGINTA DVAS Q. HORATII FLACCI ODAS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV
IHS



ROMÆ.

Ex officina Vincentii Lucchini.

MDLXVI.

IOANNES CAESARIVS
PETRONIO CAESARIO
FRATRI
S. D.

TOT meum, Frater, diſtraxere animum diuturnæ cogitationes, ut merito increpādus nō eſſem, ſi nūquā aliquid fuiſſem elucubratus. Scis .n. opus eſſe Vitæ Tranquillitate honeſtoqꝫ otio, cū uult homo litteris deditus aliquid ſcribere quod ſit poſteritati propagādū. Quantū Ego ſim afflictatus a Fortuna iam inde a pueritia, quantūq; in obeundo publici Doctoris munere per tot annos Romæ laborauerim, nō te fugit. Cū tamen a neceſſariis curis potui me ſubtrahere, aut Tibulli exemplo uerſus fudi, aut Ciceronis imitatione me in ſoluta oratione diligēter exercui, vt

nõnulla poſt obitũ relinquantur, quæ Viris litterarũ ſtudioſis aperte oſtendant, me per totũ Vitæ curriculũ bonis artibus pro exiguis ingenii viribus operã dediſſe. Itaq; Cũ inter latinos Poetas (Virgiliũ ſemper excipio) mihi Horatius maximopere placeat, tum ſententiarũ grauitate, tum uerborum elegantia, ſtatui cuncta illius opera diligenter interpretari, ſed uariis impeditus negotiis, quæ litteris mãdare nõ poſſum, mutaui ſentẽtiã, & cũ ſim iter ingreſſus ea mente, ut ad metã peruenirẽ, cognita temporũ difficultate, cõſtiti, & nõ ſum ultra progreſſus. Sed illud, quod iam cõfeceram, ut aliqua ex parte publicæ conſulerẽ vtilitati, placuit edere, & ad te mittere Frater Eruditiſſime, compertũ enim habeo, quãtum ſis Horatii ſtudioſus, quantumq; illum in ſcribendis carminibus imite-

ris; Perlegé igitur hanc meam in tri: ginta duas primi libri odas explicatio nem, et quid ſentias primo quoq; tem pore ſignifica. Si enim intellexero ti bi non diſplicere, modo fraternus te amor non decipiat, pro certo habebo ſane ab omnibus probatũ iri. Placuit etiam hiſce litteris committere, quid iudicẽ de modo interpretandi, ut tuũ quoq; de hac re iudiciũ nactus oppor tunitatem perſcribas. Cum veterum ſcripta explicamus, illa primum con: texenda mihi uidentur, quæ vere ad ſenſum pertinent eliciendũ, & ſi non- nunquam extra cancellos egredimur, ea vtendum eſt prudẽtia, vt non lon- ga mora interpoſita ad inchoatũ opus reuertamur. non enim debemus illos imitari, qui ut reconditas oſtentent lit teras, cum de re vna loquuntur, mul ta congerunt imprudenter, quæ qui-

dem eſſent ſilẽtio prætereunda, cuncta enim ita conſunduntur, vt nullus eluceat Ordo; nihilq; minus declaretur quam Auctoris ſententia. Debet igitur Interpres hoc ſemper in oculis ferre, vt, cum Neceſſitas impellit, late fuſeq; loquatur, & quicquid ad rem, quæ neceſſario excutienda eſt, attinet, abunde pertractet, ſed cum locus nõ exigit, Equidem neſcio cur debeat longo uerborum uti circuitu, & ſine delectu modo huc modo Illuc ſermonem conuertere. Præterea meo quidẽ iudicio ea debent ex Græcorũ fonte hauriri, quæ loci ratio poſtulat, & quæ non ſunt ita cum latinis cõmiſcenda vt maiorem libri partẽ occupent, ne dum latinam reddere linguam ſtudemus ampliorem, Græcæ omnem tribuere gloriam uideamur. Illis maxime conſulendum eſt, qui certo duce

indigent, & in litteris nondum fecere progreſſus, nam qui multa intēpeſtiue coaceruant, faciunt ſane, ut rudes & imperiti; dum ſe iter habituros per certam tutamqꝫ ſemitam ſperant, in deuia quædam & prærupta loca deueniant: ſtudendum eſt etiā perſpicuitati & rerū diſpoſitioni, cū nihil ſit, quod magis Adoleſcentes deterreat, quam dicendi obſcuritas & rerum cōfuſio. Cum Doctis Viris placere uolumus; quæ propria ſunt & appoſita, nō accerſita atq; alte petita coagmentare debemus, ne dū laudes nimiū appetimus, iure optimo uituperemur. Ego ita me geſſi, ut neceſſaria ſolum ſim a Græcis mutuatus, multasqꝫ illorū ſententias latine tantum reddiderim; & græca uerba prætermiſerim. Adhæc breuitati ſemper conſului, ita tamē ut nihil obſcure dictū exiſtimem, & pro tem-

pore ſum iure meo interdum dicendo vagatus. De his hactenus. Puto te nō parum admirari, quod tandiu Romæ commoratus, nullo ſim auctus honore, & Siſyphi ſaxū adhuc uerſem. Deus immortalis teſtis eſt me nihil umquam prætermiſiſſe, quod hominem litterarum ſtudioſum & publicū Doctorem deceat, quantum etiam noctes atque dies laborauerim, quantumq; pro humana facultate omne uitii genus declinauerim. Tota hæc Vrbs Gentium Regina teſtatur. Sed quis callet arcana Dei? Viuo paruo contentus, & Pii Quarti Pont. Max. benignitate & liberalitate fretus fortunam expecto meliorem. Vale & Cura rem familiarē.

IOANNIS CAESARII Conſentini In XXXII Q. Horatii Flacci Odas, quæ Primo Libro Continentur, Commentarius.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Ode I.

Ad Mæcenatem.

Mæcenas atauis edite Regibus,
O & præſidium & dulce decus meũ.

Hac Ode Horatius varia eſſe hominum ſtudia ſignificat, variáq; deſideria. quod ex naturæ varietate proficiſcitur, aut ex varia conſuetudine. Homerus.

Ἄλλος γὰρ τ᾽ ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις

Alius vir aliis operibus delectatur. Qui ſe in Ludis Olympiacis exercent, nihil maius contingere ſibi poſſe arbitrantur, quàm ceteris eo in certamine ſe exercentibus poſſe præferri, & victores iudicari. Ambitioſi, qui ani-

mis efferuntur, ſi magiſtratus, quos cupiunt, latis ſuffragijs obtinuerint, adeo ſibi placent, vt quicquid eſt diuitiarum præ illis honoribus contemnant; idem de Agricolis, Nautis, & Mercatoribus dici poteſt, quorum vnusquisque ſuæ vitæ inſtituto delectatur, nec de ſua deduci ſententia poteſt, vel ſi Attali regnum haberi poßit. Sunt qui, nimio plus, vino ſe ingurgitent, & genio indulgentes ſæpe otientur, & nunc ſub opacis arboribus recubent, nunc ſe ad frigidum perſpicuúmq; fontem æſtiuo tempore proſternant, nihilq; amplius requirant; qui militare conſueuerunt, nihil periculi extimeſcunt, et tubæ lituiq; ſonitu exhilarari, atq; excitari ſolent. Venatores, vt feras in ſyluis captare poſſint, libenti animo ſub Dio pernoctant, & pulchræ coniugis obliuiſcuntur: Ipſe autem Horatius, qui totus eſt in pangendis carminibus, ſi poterit eruditorum conſenſu in Lyricorum poetarum numero reponi, ſe ſummam laudem conſecutum putabit, & nominis immortalitate contentus cetera contemnet. Ode eſt ad Mæcenatem poetarum ſui temporis optimum & benignißimum propugnatorem, à quo multis fuit affectus muneribus, & apud Auguſtum in magna gratia poſitus. Itaq; vitam, honorem, & quicquid bonorum habebat illi ſine dubio poterat acceptum referre. Hic Mæcenas fuit oriundus ab Arretio, vt quidam putant, & equeſtris, vt Dion

ſcribit,

ſcribit, ordinis, qui ſtylo vtebatur, ſæpe remiſſo, molli, & diſſoluto, vt docet Macrobius. Cornelius tacitus tradit dictum fuiſſe Cyllenium, modo locus purus ſit & integer, nam quidam appellant Cilneum auctoritate Macrobij, qui ſcripta reliquit iocoſa Cæſaris Augusti dicta, à quo dictus eſt iocò Mæcenas Cilneiorum ſmaragdus. Macrob. Saturnal. lib. 2. cap. 4.

Interpretatio talis eſſe debet. O Mæcenas edite) oriunde. Atauis regibus) maioribus tuis nobiliſſimis, quorum nonnulli reges fuerunt, ſed per reges etiam intelligo Proceres Etruriæ ſummo loco natos, hæc enim regio, vt docet Liuius, ante Romanum Imperium, quicquid erat in Italia à mari ſupero ad inferum, poſſidebat. Laudat Poeta Mæcenatis nobilitatem. Licet. n. prima laus tribuenda ſit virtuti, animiq; bonis, nam, vt Seneca inquit, nemo altero nobilior, niſi cui rectius ingenium & bonis artibus aptius, tamen ſua defraudari laude nobilitas non debet, multum enim refert domeſtica habere exempla, quoniam illi nobiles dicuntur, Ariſtotele teſte, quorum maiores opulenti & virtute præditi fuerunt, & illud Euripidis aduertendum eſt. δεινὸς χαρα

κτὴρ κ᾽ἀπίσημος ἐν βροτοῖς ἐσθλῶν γενέσθαι

Inter mortales à bonis genitum eſſe, præclarum, & magni momenti ſignum eſt. O & præſidium & dulce decus meum) præſidium poni-

tur pro quolibet principali auxilio, vt eſt illud, quo ſolent oppida firmari, vt tuta ſint ab hoſtibus, vſurpatur pro quolibet adiumento, quod primam & ſummam habet vim; primus adiutor, & propugnator Poetæ fuit Mæcenas, qui hunc potiſſimum adiuuit, & libens volensq; honoribus honeſtauit, hinc dulce decus appellatur .i. ſuaue ornamentum, nam pulchrum eſt & iucundum ab ornato viro, qualis erat Mæcenas, muneribus augeri & ornari laudibus, præſertim ſi liberalitas illa & laudatio ex animi benignitate proficiſcantur, quæ maxima erat in Mæcenate. Feſtus dicit præſidium eſſe, quod pro vtilitate & ſalute alicuius, auxilij gratia, præponitur, ſubſidium quod poſtpoſitum eſt ad ſubueniendum laborantibus.

Sũt quos curriculo puluerẽ Olympi
Collegiſſe iuuat, metaq; feruidis (cũ
Euitata rotis, palmaq́; nobilis
Terrarum dominos euehit ad Deos.

VT varias hominum recenſeat exercitationes, initium facit à Ludis olympiacis, qui ſunt ab Hercule primum in Iouis honorem inſtituti, de quibus meminit Pauſanias, Lycophronis interpres, ijsq; multo prior Pindarus, & eius interpres, quinto quo que anno fiebant, hinc Olympias pro luſtro, ideſt quinque annorum ſpatio vſurpatur, ſed vt veri-

rati locus detur, de Olympiade magna eſt Scriptorum diſſenſio, Cenſorinus enim & Solinus apud latinos, Suidas & Euſebius apud græcos oſtendunt, Olympiada ſignificare ſpatium quatuor annorum, quo Ludi Ioui Olympio ad Elidem fiebant, idem etiam ſentit Iſidorus auctor non deſpiciendus, idem ferè Iſaacius Lycophronis interpres, ſed aliter Lactantius apud Statium, quem nonnulli Lutatium vocant. ait enim quinto finitò anno olympicum certamen fieri ſolitum. Id etiam complures alij ſentiunt, inter quos Cicero, & Ouidius libro de ponto, In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt. Quatuor erant apud Græcos ludorum genera, quorum nominibus Pindarus ſuas appellauit Odas lepidiſſimas & grauiſſimis ſententijs refertas, ac de quibus ludis Epigramma illud legitur iam peruulgatum, cuius principiũ eſt τεσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' ἑλλάδα Sed celebriores erant Olympici, in quibus Gymnicum certamen exercebatur, & curſus equeſter, & victores oleagina corona exornabantur, ut ſcribit Herodotus. Lactantius grammaticus teſtatur ſacrorum lege probibitum fuiſſe, olympicum certamen ſpectare mulieres, hinc Statius. excluſæque expectant præmia Matres. ait Poeta noſter nonnullos eſſe, qui frequenter ſe in hoc certaminis genere exercentes non ſine lætitia puluere aſpergantur, quem olympicum vocat à loco, Hi enim ludi fie-

 bant

bant propè Olympiam oppidum, vnde olympici ludi dicti ſunt, vt Plinius & alij complures teſtantur. Sunt quos) ſunt nonnulli. Quos iuuat. delectat, Collegiſſe. Contraxiſſe. Puluerem olympicum. Qui enim certabant in ludis illis, non poterant non aſpergi puluere, hinc puluis pro labore, & græci dicunt οὐκ ἀκονιτὶ non ſine puluere .i. non ſine labore, nonnunquam pro loco concertationis. Cicero. Educere dictionem ex vmbratili exercitatione in puluerem. Legitur etiam apud eundem eruditus puluis Mathematicorum, vbi lineæ deſcribuntur. Curriculo. per curriculum hoc in loco vel currum, vel locum intelligere poſſumus. Sed placet meminiſſe de Stadio illo, quod primus omnium Hercules cucurrit, & metatus fuit, nam videndum eſt, an primum Gellij caput, vbi de Herculis Statura & Stadio loquitur, ſine vitio legatur, inquit enim. cum ferè conſtaret, curriculum ſtadij, quod eſt Piſis apud Iouem Olympium, Herculem pedibus ſuis metatum, idq; feciſſe longum pedes ducentos, cetera quoque ſtadia in terris græciæ ab alijs poſtea inſtituta, pedum quidem eſſe numero ducentorum, ſed tamen eſſe aliquantulum breuiora; Plinius autem ita in ſecũdo. Stadium centum viginti quinque noſtros efficit paſſus, hoc eſt pedes ſexcentos viginti quinque, Gellius potuit reſpicere, vt aperte oſtendit, ad Herculei pedis magnitudinem, qui non multo maior eſſe

poterat

poterat communi longitudine, nam vt ſcribit Lycophronis interpres, Herculis ſtatura fuit quatuor cubitorum & pedis vnius. Itaque ſi Gellij & Plinij verba de magnitudine ſtadij conſideraueris, inuenies ſanè multum differre, nec bene congruere, placuit hoc lectori ſignificare. Metáque euitata, ſupple iuuat. Rotis feruidis; aſſiduo curſu caleſcentibus, dicitur euitata, ita.n.currebant, vt curru nunquam metam attingerent. Virg. Hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam conſtituit ſignum nautis Pater, vnde reuerti ſcirent, & longos vbi circunflectere curſus. Septies curſum glomerabant, quod oſtendit Propertius. Aut prius infecto depoſcit præmia curſu, ſeptima quàm metam triuerit arte rota. docet Plinius Metæ figuram ſimilem fuiſſe turbini inuerſo, duæ vero metæ, ſi Suetonio credimus, in circo maximo ſpectabantur, vtraque & Tophina & lignea antea fuerat, alij vero ſeptem fuiſſe dicunt, & Trāquilli verba ad carceres & metas referunt, quæ ſic in vita Claudij leguntur. Circo vero maximo marmoreis carceribus, auratisq; metis, quæ vtraque & Tophina ac lignea antea fuerant. Palma nobilis) victoria, quæ reddit homines nobiles & celebres. nobilem antiqui, Feſto auctore, pro noto ponebant, & olim gnobilis dicebatur, vt Plautus vſurpauit, Actius, & Liuius Andronicus. Euehit ad Deos terrarum

dominos) refert in numerum deorum, qui cælo, & terris dominantur, poſitum enim hoc erat in more, vt qui præclara edidiſſent facinora, inter Deos recenſerentur. Hinc tot Ioues, Hercules, Mercurij. Sed cur hoc mirum videri debet? cum chriſtiani etiam, qui veram colunt religionem, ſi Chriſti Opt. Max. præcepta diligenter obſeruent, & piè caſtéque viuant, dij appellentur. Dum vocat Deos terrarum dominos, innuit Poeta doctiſſimus, nihil in terris agi, ſine iuſſu aut permiſſu Dei, contra Epicureos, de quibus multa Cicero libro de Deorum natura, & Diuus Auguſtinus, vt omittam quæ ſuis elegantiſſimis orationibus Theodoretus loquens περὶ προνοίας *memoriæ prodidit: Dij enim terrarum domini fruſtra dicerentur, niſi earum curam ſuſciperent, & ijs præſiderent, hæc n. expoſitio mihi magis placet, quam ſi per terrarum dominos, homines ceteris imperantes in terris intelligamus.*

Hunc ſi mobilium turba Quiritium
certat tergeminis tollere honoribus,
Illum, ſi proprio condidit horreo,
Quicquid de Lybicis uerritur areis,
Gaudentem patrios findere ſarculo
Agros, Attalicis conditionibus.

Nūquam dimoueas, vt trabe cypria
Myrtoum pauidus nauta ſecet mare.

Nunquam à propoſito hunc dimoueas, qui ſummis in Vrbe fungi magiſtratibus conſueuit, cunctis huic opem ferentibus centurijs, vel ſi Attali diuitias pollicearis; illum etiam alium, qui agricul turæ ſtudio tenetur, variáſque fruges in horreo reponere ſolet, eadem pollicitatione mutare conſilium non facias, vt agriculturam deſpiciens mari ſe committat, & tot nautarum pericula ſubeat. Si turba Quiritium) multitudo centuriarum, quæ ſuffragia ferebant in comitijs, quæ centuriata vocabantur, cum Magiſtratus maiores creari ſolebant, vt Gellius monet. minores .n. magiſtratus tributis comitijs creabantur. de Curijs, Claſſibus, & centurijs, Liuius & Dionyſius multa. veri Ciues Romani Quirites dicebantur à Quirino Romulo, ſed hoc eſt aduertendum, Romulum dictū eſſe Quirinum, vt ſentit Corn. Nepos, poſt obitum. Feſtus Pompeius ſcriptum reliquit, Altellum cognomento fuiſſe nuncupatum. Mobilium) inconſtantium, talis enim eſt turba popularis, vt modo huic, modo illi faueat, hinc bellua multorum capitum vocatur à Platone, & ab ipſo etiam Horatio Platonis exemplo, Hæc ventis à Cicerone confertur, qui nunc flant nunc reflant.

Certat) contendit; Tollere. efferre, & ampliorem reddere. Tergeminis honoribus) maximis Magiſtratibus. Poetæ appellant Geryonem Tergeminum, quia triplici, vt eſt in fabulis, corpore conſtabat, Tergeminium canem à tribus capitibus. quare hoc in loco tergeminos honores à numero dictos intelligere poſſumus. τρὶς ter apud latinos ſignificat, & plerunque non numerum ſed incrementum notat, vnde Triſur apud Plautum. Sed per tergeminos hoc in loco melius intelligimus quæſturam, præturam, & conſulatum. Quamuis .n. quæſtura non fuiſſet ex maioribus magiſtratibus, tamen quia dabat aditum ad maiores, potuit ab Horatio includi in numero trium, quos ter geminos appellauit: Si non vis quæſturam, repone ædilitatem. Illum, ſi proprio condidit horreo, quicquid de lybicis verritur areis) repete verbum nunquam dimoueas. Si condidit) repoſuit. Quicquid verritur) verrendo colligitur, verruntur enim hoc eſt mundantur fruges à Colonis, cum fit tritura; De areis libycis) Africanis, alluſit ad Africæ fertilitatem. Findere) ſulcare, & arare. Patrios agros) arua a parentibus relicta.

Sarculo) inſtrumento ruſtico dicto à Sarriendo. Sed attente ſunt aduertenda illa

verba,

verba, quicquid de libycis, Sententia enim foret non ſatis arguta, ſi quicquid ad totum referretur, quis enim adeo mente captus eſſet, vt, ſi omnia, quæ in libycis areis teruntur, colligat, nauticos pati velit errores, vel ſi maximam feras conditionem? eſſet enim totius Libyæ dominus. Quare ne ſic imprudens Poeta videatur, quicquid non ad totum, ſed ad frugum varietatem referri debet, bonus enim Agricola varias frugum & leguminum ſpecies ſerit, vt horreum ſpectans hac plenum varietate delectetur, & in ſinu gaudeat; ſenſus eſt; ſiquis in ſuo recondat granario diuerſa frumenti & leguminum genera. quæ quidem ex libycis areis verrendo colliguntur, nullis ſanè conditionibus perſuaderi poſſet, vt, exportandis mercimonijs, maris procellas experiatur. Nauta pauidus) ſæpius enim timore concutitur, cum ſe inter decimos, ideſt maximos fluctus verſari videt. Attalicis conditionibus) Attali Regis Aſiæ diuitijs, in domo cuius primum viſa ſunt periſtromata, quæ Attalica dicuntur Aulæa, Propertius. Nobilis aulæis porticus Attalicis. a Plauto vocantur belluata. Secet μεταφορικῶς, ſæpe enim Poetæ, cum de nauigatione loquuntur, hiſce verbis vti ſolent, ſecare, ſcindere, verrere. Homerus etiam hoc loquendi modo delectatus eſt. θαλασσην κυμα-

τα ἔταμνεν, ideſt maris fluctus ſcindebat. Mare Myrtoum) quod eſt Aegæo & Ionio finitimum. Trabe Cypria) naui. quali vtebantur Cyprij claſſe olim potentiſſimi vt ait Euſtathius, vel Cyprijs mercibus referta. poſuit trabem pro naui, nam rates propriè ſunt contextæ trabes, quibus nauigare homines cœperunt. Cypria à Cypro inſula maris Pamphilij (vt Strabo & Stephanus) quæ dicta eſt à Cypro Cynaræ filio, vel à flore, qui ibi naſcitur, & qui cypros appellatur. Aſtynomus dicit cypron fuiſſe nnncupatam, διὰ τὸ πολλάκις κρύπτεσθαι ὑπὸ τῆς θαλάσσης, quia ſæpe ſub mari occultabatur, vocata eſt etiam ceraſtis, nam multos habebat montium vertices, dicta eſt etiam Amathuſia, Metonis, Sphecia & Atamantis; Areis libycis. reſpexit ad libyæ fertilitatem de qua Plinius, à Libya, libycus, lybyſſa & libyſtis ora, libya dicta eſt ab Oceani filia, vel Epaphi. alij ἀπὸ τοῦ λιπεῖν (vt inquit Euſtathius) ab aquarum defectione deducunt. Martianus putat accepiſſe nomen à libe Herculis filio.

Luctantem Icariis Fluctibus Africũ
Mercator metuens, otium & oppidi
Laudat rura ſui, mox reficit rates
Quaſſas, indocilis pauperiem pati.

Mercator. qui diuitijs tantum inhiat & in remotiſſima loca traijcit faciens mercaturam, licet interdum procellas fœdasq; tempeſtates expertus cupiat otiari, & in agro colendo ſuam ponere operam conſtituat, tamen cum non poſſit eſſe non bene nummatus, & egeſtatem timeat, reficit nauigia a ventis, & fluctibus quaſſa, vt, vti conſueuerat, in altum prouehatur, & eò tranſmittat, vbi ſperat multum ſe lucrum facturum. Mercator. qui mercaturam facit mercimonia exportans, hoc lucrandi genus antiquiſſimum eſt, de quo meminit Plato Ariſtoteles, Iſocrates apud Græcos, & Cicero apud latinos, apud quem Mercatores, negotiatores & publicani ſæpe leguntur. Pœni ſi credimus Plinio, primi omnium inuenere mercaturam, quæ ſi magna ſit, multáque vndique apportans, non admodum vituperanda eſt. Metuens Africum. ventum ab occaſu Hiberno ſpirantem. Luctantem. certantem, proſopopœia eſt. Africus qui ab Africa dictus eſt contra Icarium mare ſpirat, quare ſæpe illud agitat, & procelloſum reddit. Mare Icarium ab Icaro Dædali filio dictum

eſt,

eſt, nota eſt fabula, vnde Ouidius, Icarus Icariis nomina fecit aquis. Solinus putat ab Icaro inſula vocatum. eſt autem inter Myconem & Gyarum inſulas. Laudat otium) commendat quietem, & vitæ tranquillitatem, otiumq; σχολὴν σου interdum pro tempore à ceteris curis vacuo, quod in re honeſta conſumi poteſt. Vnde Cicero. quid dulcius ocio literario, Sic enim lego potius quàm litterato contra diſſentientes, & Auctor ad Herennium. & id ipſum quod datur otij libentius in philoſophia conſumere conſueuimus. Interdum in malam partem accipitur, & inertiam ſignificat, quæ corpori & animo plurimum obeſt. Vnde Ouidius. Cernis vt ignauum corrumpant Otia corpus, Vt capiant vitium ni moueantur aquæ. Celſus lib. I. neque ex nimio labore ſubitum otium, neq; ex nimio otio ſubitus labor, ſine graui noxa eſt. Galenus. maximum malum eſſe ad ſanitatis cuſtodiam nimiam quietem corporis, maximum bonum exercitationem moderatam. Ennius. otio qui neſcit vti, plus negotij habet, quàm cum eſt negotium in negotio. Columella libro xij. nam illud verum eſt M. Catonis oraculum. nihil agendo homines male agere diſcunt. Plutarchus otium temperatum laboris condimentum appellat. Laudat rura ſui oppidi) laudat agros cum villis propè patriam exiſtentibus, vbi animus depoſitis curis

ris

ris relaxatur, & quieſcit. Aglaus, vt quiete frueretur, agelli ſui nunquam terminos exceſſit. Seruilius Vatia procul erat à negotiis vrbanis, & ruri degebat. dulce eſt enim, vt inquit Euripides, extra negotia habere pedem. Rus propriè locus eſt extra vrbem, vbi agri ſunt & villæ, dictum quod ex ipſis agris rurſus capiatur fructus. Sui oppidi. ſuæ patriæ, oppidum dictum quod opem præbeat, ſi credimus Feſto. Oppidorum originem optime refert Cicero libro. 1. de Gloria, dictáq; eſſe exiſtimat, quòd opem darent. oppidum etiam locus in circo, vnde quadrigæ emittuntur. Feſtus. Indocilis pauperiem pati) cum non eo ſit ingenio, vt paruo contentus viuat. Paupertas enim onus miſerum & graue videtur, vt ait Terentius; quæ multos à præclaris operibus deterret; nec ſinit homines emergere, & in ſublime ferri. Reficit) inſtaurat. Rates quaſſas. naues vi ventorum, & magno cum impetu fluctibus concuſſas, quæ ob id interdum fatiſcunt. Rates, vt Feſtus ait, tigna colligata, quæ per aquas aguntur; quo nomine naues etiam ſignificantur, quibus nihil potuit peius inueniri, nam recte Plautus. negotij ſibi qui velit vim comparare, nauem & mulierem hæc duo comparato. & Phocylides

nota

ἐπεὶ πλοῦς ἐστὶ ἄδηλος, *Siquidem nauigatio incerta eſt. & Plato. qui in nauibus verſantur*

ota *tur, rudes ſunt, & à probis moribus alieni; & qui mare nauigant (vt ait ſapiens) pericula narrant.*

Eſt qui nec veteris pocula maſsici,
Nec partem ſolido demere de die
Spnit, nunc viridi mẽbra ſub arbuto
Strat⁹, nũc ad aquæ lene caput ſacræ.

Non deſunt, qui labores fugitent, & ſæpe à negotio, quod eſt conficiendum, negligenter deſiſtant, diei partem fruſtra conſumentes, & pocula campani vini plena nimium ſitientes exhauriant, & nunc ſub vmbroſis arboribus quietem capiant, nunc propè fontis leniter fluentis murmura iaceant. Eſt qui) inuenitur aliquis. Qui necſpernit Pocula veteris maſſici. vaſa potoria vino maſſico, quod propè Sinueßam fit, plena; dixit, veteris, nam vinum, quod auſterum eſt, quo vetuſtius eo melius, hinc vinum opimianum, de quo Plinius. Homerus. γερουσιον αἴθοπα οἶνον *vetuſtum nigrum vinum. Martialis mentionem facit de cadis pice oblitis, in quibus vinũ diu conſeruabatur. Teſta ſed antiqui felix ſiccatur opimi, Egerit & nigros maſſica cella cados. Idem Poeta de Maſſico vino, De Sinueßanis venerunt maſſica prælis. nec verum eſt illud, quod à nonnullis, qui Patrum noſtrorũ ætate floruerunt, traditũ eſt, Maſſica vina dicta eſſe ab oppido, quòd prope ſur-*

rentum eſt, nam à Maſſico monte nomen acceperunt. At non inficior in varijs Campaniæ locis, vina fieri præſtantiſſima, nam quis ignorat, ſæpe à græcis, & latinis auctoribus, cæcuba, falerna, calena, & ſurrentina vina celebrari? poſſem de hac re multa ex Plinio & Athenæo dicere, ſed aliò me rapit animus. Nec ſpernit demere partem de ſolido die) nec veretur partem, vt ita loquar, auferre. De die ſolido) de die, qui totus deberet ſine intermiſſione in re aliqua tranſigenda neceſſario conſumi, homines enim diſſoluti & negligentes, qui ventri tantum dediti, cetera tanquam inania deſpiciunt, etiam ſiquid opus ſit diligenter diei ſpatio conficere, ne ſuum defraudent genium, aliquam illius diei partem ſibi aſſumũt, & nunc vini hauſtu delectantur, nunc alto ſopore ſopiuntur, ſcio alios aliter hunc locum interpretari, ſed mihi integrum eſt dicere quod ſentio, nec placet mihi tanquam conniuenti Diei nomen præterire, Dies nihil aliud eſt niſi Solis ſplendor, vt nox terræ vmbra, dictus eſt a Dio, vt ſentit Varro. duplex fertur, naturalis & ciuilis, naturalis ab ortu ſolis ad occaſum, nox ab occaſu ad ortum: Ciuilis dies, qui legitimus ab Iſidoro nuncupatur, tempus eſt, quod vna fit cæli conuerſione, & ſic dies noctem cõprehendit, hinc græci νυκτήμερον vocant, & Pſellus ita de hoc loquitur.

νυκτημερον δὲ ἐστιν ἡ μία πάλιν καὶ αὐτὴ τῆ μεγάλου κύκλου φορά. Pindarus in Olympijs vocat diem ſolis filium. Stratus membra) habens membra ſtrata. Sub viridi arbuto) ſemper frondenti. Arbutus arbor eſt, quam græci vocant comaron. Iuba auctor eſt, hanc arborem in Arabia naſci quinquagenum cubitorum altitudine, fructus vocatur vnedo, quem fructum Plinius appellat pomum in honorum, vt cui nomen ex argumento ſit vnum tantum edendi. Nunc ad aquæ lene caput ſacræ) repete Stratus membra, per caput intellige locum, vnde fons ſcaturit leniter fluens, vocat aquam ſacram, vel poetice loquens (aiunt enim Poetæ aquis ineſſe numen, hinc Nereides & Naides) vel ad elementi dignitatem reſpiciens, quod omnium vetuſtiſſimũ Thales putabat. quare ςοιχεῖον τιμιώτατον dictum eſt, elementum maxime honorabile, de hoc loquitur etiam Ariſtoteles primo libro μετὰ τὰ φυσικὰ vbi rationem reddit, quare dij per ſtygiam Paludem à Poetis iuraſſe dicantur. Pindarus ἄριςον ὕδωρ optimam aquam appellat.

Multos caſtra iuuant, & lituo tubæ
Permiſtus ſonitus, bellaq; matribus

Deteſtata

Deteſtata; manet ſub Ioue frigido
Venator teneræ cōiugis immemor,
Seu viſa eſt catulis cerua fidelibus,
ſeu rupit teretes marſus aper plagas.

Complures bellorum incendijs gaudent, & cum ad arma conclamatur, litui tubæq; ſonitu bilariter excitantur, & volunt aut cito mori, aut victoriam reportare. Qui venatione delectantur, nullam frigoris vim reformidant, dum per nemora feras inſectantur, pulchræq; vxoris amplexum obliuiſcuntur. Multos caſtra iuuant) caſtra proprie ſunt loca vbi milites tentoria figiunt, quæ prudenter metari ſolebat Pyrrhus, Plutarchus. de ijs multa ſcite Polybius. in ijs paucas fuiſſe portas legimus apud Græcos, in Romanis vero caſtris plures fuiſſe aduertimus, eo conſilio, nequid ſubitam eruptionem in hoſtes retardaret, ſæpe ampliſſima caſtra quatuor ad ſummum portas habuerunt, minora & anguſtiora duas tantum. prima prætoria & quæſtoria dicitur, Secunda à tergo decumana, Tertia principalis, Quarta poſt prætoriam ſita Quintana etiam fertur, per quam commeatus in caſtra & venalia deducebantur. Legi Iginium de caſtris libellum edidiſſe, ſed nunquam potui quamuis diligenter explorauerim inuenire. Et lituo Tubæ permiſtus ſonitus) repete iuuat, ſentit Acron lituum eſſe

 equitum,

equitum, Tubam peditum, quare lituum tibiæ genus eſſe putandum eſt, præter lituum illum quo Augures vtebantur, Feſtus autumat genus eſſe buccinæ incuruæ, vnde ſonus acutior exit, Ennius. Inde loci Lituus ſonitus effundit acutos. quædam enim muſica inſtrumenta ſolent in bello vſurpari, ad concitandos & exhilarandos militum animos, vt, omni timore depoſito, cum hoſtibus fortiter confligant, & acie dimicent. Itaque non iniuria Iuuenalis tubam animantem appellauit. Dion in commentariis de regno, & alij docent Dorico cantu Alexandrum à Timotheo ad bella gerenda fuiſſe incenſum. Sed hoc non omittendum cenſeo, Tympanorum vſum in bellis non eſſe antiquum, Sed in Sacris Deæ Berecynthiæ, vt Ouidius oſtendit, & Catullus in Atti. Tuba à tubis (vt Varro) quos etiam nunc ita appellant Tubicines ſacrorum. legitur Tubiluſtrum ita nuncupatum, quod eo die in Atrio ſutorio ſacrorum tubæ luſtrarentur, Tubam Piſæus Tyrrhenus inuenit. Pl. Alexander, quum Tubæ ſonitus exercitu tumultuante non exaudiretur, iuſſit perticam, ex qua ſignum eminebat, ſupra tabernaculum figi; quo viſo, quisque paratus in hoſtem iret, Tubæ ſonitu non in ſingulis tantum legionibus, ſed cohortibus etiam & Turmis prælij ſignum dabatur, ac diei noctisq; horæ & vigiliæ diuidi ſolebant. Tuba etiam ſolebat inflari in funere patri-

ciorum

[Margin: *Tubæ in- ...tore ...tor off. 2.*]

*tiorum ſummorumq; Ducum, vt mæſtus clangor
effunderetur. Bellaq; matribus deteſtata) quę
pro ideſt, Grammatici vocant Epexegeſin, nam
per caſtra & tubæ ſonitum bella poſſumus intelli-
gere, proinde videtur Poeta quadam vti Tau-
tologia, & ſeipſum interpretari. Deteſtata matri-
bus) matribus inuiſa, & odioſa, quæ dum vitæ
filiorum bella ſequentium timent, bella ſæpe dete-
ſtantur. Vnde Virg. ii. Aen. Dirum execrantur
bellum. Bella putat Varro dicta quaſi duella.
Bellorum Deus putatur Mars, nam planeta eſt
(vt aiunt) ardentiſſimus, & calore ſanguinis
animus iraſcitur, & inflammatur ad pugnan-
dum. Ninus Aßyriæ Rex, vt refert Iuſtinus, lib. 1 pag
primus omnium bellando populos ſubegit; bello-
rum finis, vt docet Ariſtoteles, Pax eſſe debet,
& vt idem inquit vij. de Rep. gerenda ſunt, nę
ſeruire alijs cogamur, vt quibus imperare cupi-
mus gratificemur, & vt ijs qui ſeruire digni ſunt
imperemus. Venator manet ſub Ioue frigido) per
fert nocturnum frigus, vel diurnum hyemale, per
Iouem enim ſæpe aerem intelligimus, aut Aethe-
rem, apud Poetas. Phurnutus appellat
ζῆνα τὸν κόσμου ψυχὴν ideſt Iouē mundi animā,
ſpiritum per omnia commeantem, & cuncta ſuo
nutu regentem, Iupiter eſt quodcunque vides,
quodcunque mouetur. Orpheus in hymnis appel-
lat marem & feminam, primum medium, & vl-*

 timum.

timum. Cicero libro de Deorum natura putat optimum dici ideſt beneficentiſſimum. bonorum .n. omniũ Dator est Deus, vnde Dei δωτῆρες ἐάων à Poetis nuncupantur, ideſt bonorum datores. Venator teneræ coniugis immemor) reddit venatio castos homines, & veneris immemores, hinc Diana venationis Dea casta fingitur, venatio belli pars ab Aristotele vocatur, & eius Cyrum fuiſſe ſtudioſum, iam inde à pueritia, & vnumquenq; Adoleſcentem eſſe debere, vt strenuus fiat, docet Xenophon,. Seu viſa est Catulis cerua fidelibus, Seu rupit teretes marſus aper plagas) seu opus est inſectari ceruam, fideli canum curſu, seu aprum, qui plagas ruperit, & aufugerit; per ceruam & aprum intellige omnes feras, quæ capi ſolent à venatoribus, poſuit ſpeciem pro genere: appellauit Catulos fideles, nam fidelis est canum, & equorum natura in homines, vt docet Plinius. vel fideles ideſt celeriter ita currentes, vt fides haberi poſſit, feram ab illis poſſe capi, vti .n. fidelis ager apud Ciceronem, est ille, qui ſua fertilitate fidem facit poſſeſſori, ſic fidelis canis, cui venator fidem habet propter celeritatem in capiendis feris, Fidelis etiam ſeruus fertur, cui confidit Herus in negotijs, ſic fidelis Canis, cui confidit dominus in venatione. seu per Catulos fideles intellige ſagaces, & odoros, vt ita Virgilij exem-

plo

plo loquar. Teretes plagas) Retia, quæ capiundis feris extenduntur, Seruius per plagas intelligit Retium funes propriè, qui teretes ſunt longi & rotundi. *Marſus Aper)* à populis ita dictus eſt, qui prope fucinum lacum ſunt, & Plinio teſte, à Marſo Circes filio appellati, ὠκύποδες dicuntur ab Euſtathio, Dionyſius dixit, μαρσῶν θοὰ φῦλα, Marſorum veloces gentes. quibusdam in regionibus, quædam feræ frequentius inueniuntur, hinc Marſus ab Horatio, Tuſcus Aper à Iuuenale, Armeniæ Tigres ab Horatio dicuntur, & ſæpe Libyci Leones leguntur apud poetas.

Me doctarũ, ederæ, præmia frontiũ
Dijs miſcẽt ſupis, me gelidũ nemus,
Nympharũq; leues, cũ satyris, chori
Secernunt populo, ſi neq; tibias
Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton:
Quod, ſi me lyricis vatibus inſeris,
Sublimi feriam ſidera vertice.

Me doctarum ederæ) edera etiam antiquitus Poetæ coronabantur, ſed ij potiſſimum vt Pro-

pertius oſtendit, qui leuiora deſcribebant vt amatoria. Ennius hirſuta cingat ſua dicta corona, Mi folia ex hedera porrige Bacche tua, dicta eſt, quia edita petit, vel quod nimis tenaciter adhæreat, vocatur a Poetis ſequax, & nexilis, & Baccho dicata eſt, nam, vt refert Plutarchus in quæſtionibus, vim habet ebrietatis. Alexander, vt refert Plinius, de Indis victor rediens, milites ſuos, Bacchi imitatione, edera coronauit; datur Poetis, nam hi, vt fabulantur, ſunt in Bacchi tutela, per quem, vt Macrobius ſentit, Solem intelligimus, qui corporum, & animorum adiutor eſt. Pauſanias tradit primum apud Acharnas viſam fuiſſe ederam. Præmia doctarum frontium) appoſitio. ideſt quibus capita doctorum poetarum exornantur, ornamenta dantur capiti, quod diuinum vocat Plato, & quod ceteris præſtat membris, vt pro vita interdum vſurpetur, nec mirum, cum in eo maior pulchritudinis pars conſideretur, ſi exteriora quæras, ſi vero interiora, in eo vim ſuam cogitando intelligendo & eligendo exerceat animus. ita caput excellit in corpore, vt ſi ab illo abſcindatur, ibi ex ſententia iuriſconſultorum cadauer eſſe exiſtimetur, vbi caput fuerit, per quod veteres propter membri dignitatem iurabant. Ouidius. Per caput hoc iuro, per quod pater ante ſolebat. Dijs miſcent ſuperis) collocant me in cælo, vbi Dij ſuperi opinabantur

bantur enim illi lucis expertes ; eſſe Deos ſuperos, & inferos, quos manes appellabant. Vnde ſummanus Pluto ſummus Manium, de quo Cicero libro de Deorum natura. Me gelidum nemus) Poetæ vitant hominum commercia, & ſeceſsum quærunt, vacuæ enim, vt canit ille, carmina mentis opus, & ſecreta petunt loca, & balnea vitant, vt Horatij vtar verbis, eo conſilio, vt animo ſint magis tranquillo, & facilius furorem illum, quem Poetis neceſſarium putabat Democritus, concipiant, Proinde Cicero noſter dixit ex ſententia illius neminem bonum eſſe Poetam, ſine animorum inflammatione. inter ſtrepitus populares, & ciuilia negotia, non poſſunt animi ad aliquid elucubrandum inflammari, vt Euripides non imprudenter antrum frequentarit, Virgilius etiam fugerit congreſſus, &, ni fallor, cum Neapoli diuerſabatur, in Pauſilypo monte Muſas coluerit. Gelidum nemus) frigidus & opacus locus qui ſolet æſtiuo tempore exoptari. Chori leues nympharum) cætus nympharum leuiter ſaltantium; Cum Satyris) Dijs ſylueſtribus membroſis, vt hoc antiqui Poetæ vocabulo vtar, quod legitur in carminibus obſcænis, interpres Theocriti putat hos dictos eſſe. ἀπὸ τῆς σάθης, quæ inflammatio eſt ad cupiditatem, vel a membro pudendo vt alij. De Satyris meminit Pomponius, vbi loquitur de monte Atlante, meminit Plutarchus in

vita Syllæ, meminit D. Hieronymus in vita Diu Antonij. Secernunt populo) ſciungunt ab imperita multitudine, & egregium reddunt, faciuntq;, vt Plinij vtar verbis, extra aliorum aleam poſſe poni. Si neque tibias Euterpe cohibet.) Si Euterpe vna muſarum, quæ dicta eſt à cantus delectatione, neque cohibet tibias, non retinet tibias, & mihi non denegat. Inſtrumenta etiam muſica Poetis tribuuntur. vt lyra, cythara, tibia, muſici enim ſunt Poetæ, & olim cithara vel alio muſices inſtrumento vtebantur, vt Iopas apud Virgilium, Phœmius & Demodocus apud Homerum. Tibia, vt Euſebius apud Græcos, Hyginus & Lutatius apud Latinos, à Pallade primum inuenta, & inflati oris deformitate in aquis inſpecta reiecta fuit, quam Marſyas ſumpſit, & tanquam primus inuentor exercuit, & auſus eſt Apollinem ad muſicum certamen prouocare; De varijs tibiarum generibus multa Solinus. De dextris & ſiniſtris Varro lib. 1. De re Ruſtica, cuius verba ſi recte percipiantur, tibiæ illæ apud Terentium intelligentur. De his etiam Plinius, Diomedes, et alij meminerunt. Nec Polyhymnia) vna etiam muſarum à multitudine Hymnorum, quibus diuinæ laudes comprehenduntur, appellata. Refugit) vitat, abnuit, abnegat. Tendere) temperare, tenduntur enim cordæ, cum temperantur, vt vnaquæq; ſuum faciat ſonum, & ex diſcordia concor-

Marsia
Textor
...tc. tom. 2.
20. tom. 1.
4. tom. 2.
15.57.

di fiat

di fiat concentus. Lesboum barbiton) Hoc nomen maſculini, feminini, & neutri eſſe generis poteſt, ex antiquorum vſu, vſurpatur pro lyra, vocat lesboum, ratione Sapphus, & Alcæi, quorum patria fuit inſula lesbos, & Poeſis lyrica; dictus eſt Barbitos, vt Auctor Etymologicon docet, à graui ſono, hæc ſunt illius verba.

Βάρβιτος εἶδος μουσικοῦ ὀργάνου ψαλτήριον, ἢ κιθάρα, εἴρηται δὲ οἱονεὶ βαρύμιτός τις ὤν, ὁ βαρεῖαν τὴν φωνὴν καὶ τὸν φθόγγον ἀφιείς, *Barbitos ſpecies muſici inſtrumenti, Pſalterium, vel cithara, dicta eſt autem, veluti ex grauibus filis conſtans, & grauem vocem, ſonumq; emittens. Lesbos nomen inſulæ, & vrbis in mari Aegæo, vbi plures nominis claritate inſignes viguerunt, vt Euſtathius apud Dionyſium, Arion, Pittacus, Alcæus, Sappho, & ea de re commenti ſunt, in illam inſulam caput loquens Orphei poſt mortem perueniſſe, quod ibi multi vates eleganter cecinerint. Lycophron Iſſan appellat totam inſulam ab vrbe, quemadmodum & Mytilene dicitur. Apher appellat* εὐρύχορον *ideſt latam inſulam. Sed, vt reuertar ad Muſas, de illis præcipuè mentionem facit. quæ ſecundum fabulas, Lyricis Poetis fauere poſſunt.*

re poſſunt. Non enim temere credendum eſt, Horatium de Euterpe tantum, & Polyhymnia fuiſſe locutum, nam Euterpe, quæ ſuo cantu delectat, Iuuenum curas, conuiuia, & cetera id genus canit, Polyhymnia diuina laudibus extollit, & hæc duo inter alia lyricorum eſſe argumenta idem Poeta docuit in Poetica. Muſa dedit fidibus diuos, puerosq; deorum, & quæ ſequuntur. Quod ſi me lyricis vatibus inſeris.) quod propter quod, vel ſed, ſi me in lyricorum numerum aſcribis; Lyrici Poetæ apud Græcos nouem fuerunt, Alcæus, Sapphò, Steſichorus, Ibycus, Bacchylides, Simonides, Alcman, Anacreon, Pindarus, &c, vt oſtendit Proclus in libello, περὶ χρηστομαθίας *nihil differunt à Melicis; & ſi diligenter aduertes, docet etiam Lycophronis interpres. Sublimi feriã ſidera vertice) Qui ſibi multum tribuunt, ſic animis attolluntur, vt prouerbio dicantur, vel capite, vel digito, cælum attingere.*

Ode. II.

Ad Auguſtum Cæſarem.

Iam ſatis terris niuis, atq; diræ
Grandinis miſit Pater, & rubenti
Dextera, ſacras iaculatus arces,
Terruit Vrbem.

Iam

Iam ſatis terris.) multis nos portentis prodi, gijsq; monet Deus, vt à ſceleribus deterreamur, multisq; malis afficit, vt reſipiſcentes pedem referamus. quod diuinam aperte nobis prouidentiam oſtendat, vt Cleanthes, & Chryſippus ſentiebant; Et ſiquis Iulij Obſequentis de prodigijs opus euoluerit, facile cognoſcet, humana non temere fluere, nec Deum in cælo quieſcere res humanas contemnentem, vt falsò putabat ille, qui suo deditus palato, cæli palatum nunquam ſuſpexit: Si Deus enim mortalia non curaret, ſceleſti omnes, qui ſæpe vi diuini numinis perſoluere pœnas coguntur, impune abirent. nullus eſſet rerum naturalium ordo, fruſtraq; ratio nobis fuiſſet ingenerata. De hac re poſſem equidem multa dicere, ex antiquorum ſententia, ſed ne videar ἔξω πράγματος vagari, ſatis eſt hoc tantum leuiter attigiſſe, quod ad huiuſce Odes interpretationem pertinere arbitror. C. Cæſare interfecto, multas fuiſſe procellas, multisq; oſtentis, P. Romanum fuiſſe perterritum Plutarchus & Appianus teſtantur. Hanc igitur calamitatem Horatius dolens ait, iam debere mundi Moderatorem ab ira deſiſtere, nec pluribus P.Romanum calamitatibus vrgere, & affligere, Satis niuium & grandinum cecidit, multisq; fulminibus templa, & ſuperba ædificia percuſſa ſunt, vt tota vrbs contremiſcat, & timor ſit gentibus

iniectus,

iniectus, ne diluuio, quod Pyrrhæ & Deucalionis temporibus contigit, terræ obruantur. Tybris extra ripas diffluxit, parumq; abfuit, quin Veſtæ templum, & Numæ Regiam euerteret; inteſtino bello Reſp. labefactata eſt. ita vt cuius Dei opem Populus Romanus implorare poſſit, ignoret. Poeta precatur Apollinem, vt ſe propitium præbeat, & Venerem, & Martem, à quibus Genus Romanum erat oriundum, Tandem ad Auguſtum ipſum preces conuertit, quem dicit eſſe Mercurium Maiæ filium, in humanam formam conuerſum, vt Cæſaris mortem vlciſcatur. precatur illum, vt diu velit populo Romano præſidere, tardeq; in cælum reuerti. Pater.) Iup. qui dictus eſt πατὴρ ἀνδρῶν τε, θεῶν τε, *Pater hominum & Deorum, hoc nomine non ſolum is appellatur qui filios habet, ſed etiam dij fluminum, & Montium, & ij, qui aliorum curam ſuſcipiunt, dictus eſt Iupiter quaſi iuuans Pater, cuius Regno cedunt omnia,* ὃς πᾶσιν ἀνάσσει, *qui cunctis dominatur vt canit Homerus. Dictus eſt à poetis Sol Pater, ſine quo nullus eſſet rerum prouentus, Tybris Pater poeticè fertur, & Eridanus, Pater mons Apæninus, & Taurus. Conſultores Reip. & qui rebus præſunt ciuilibus Patres appellantur. Vt Patres conſcripti,*

Græcum

Græcum nomen eſt, πατὴρ Græce, Latine pater quaſi filiorum cuſtos, alij hoc nomen aliunde deducunt. Satis niuis & diræ grandinis miſit terris) multis niuibus terras obruit, diuq; obtexit, vt armenta gregesq; paſci non poſſint, nullus ſit olerum vſus, multis etiam grandinibus segetes, & arbores peruaſtentur, vnde merito Virgilius Grandinem horridam appellauit. Nix gignitur in media aeris regione, ex nubibus nimio frigore condenſatis. Grando, vt putat Ariſtoteles, gutta aquæ per mediam aeris regionem cadens conglaciat. Plinius itidem putat conglaciato imbre gigni. Et iaculatus arces ſacras) qui fulminibus percuſſit templa, quæ ſua magnitudine & altitudine nihil differunt ab arcibus, vel ea intellexit, quæ erant in arce Capitolina, vt Aedes Iouis, Iunonis, & Mineruæ, quæ quidem a nonnullis Sacella fuiſſe dicuntur in templo Iouis Cap. Vnde Auſonius. Trina in Tarpeio fulgent conſortia templo. Rubenti dextera) fulminibus quæ cum ſint ignea rubeſcunt, & dextera Iouis ſecundum fabulas torquentur. Plinius refert, ſi in nube luctetur flatus, aut vapor, tonitrua edi, ſi erumpat ardens, fulmina. Terruit vrbem) totam Romam tremore concuſſit. Vrbs propriè continebatur intra mœnia, Roma

longius

longius pertinebat, Vt Paulus ſentit in libro de verborũ ſignificatione, cuius hæc sũt verba. Vrbis appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificijs finitur, quod latius patet: Fulmina propriè Ioui tribuuntur, Plinius rationem reddit libro ſecũdo de naturali Hiſtoria, quare ſæpe ab Homero. τερπικέραυνος vocatur, fulminibus gaudens. ex fulminibus quædã, vt Plinius inquit, ſunt fatidica, quædã ſunt bruta, quæ nulla veniunt ratione naturæ, De fulminibus libros Etruſci olim cõpoſuerunt, vt Seneca docet, Locus, qui de cælo tangitur, bidental appellatur, vnde Horatius triſte bidẽtal. et Perſius. Euitandumq; bidental, ſolebat enim locus ille, mactatis ouibus bidentibus expiari, vt Cornutus Perſij antiquiſſimus ait interpres. fulmen triſulcum & trifidum vocatur à poetis, nam ſcindit, vrit, & afflat. alij vero ita dictum putant, ꝙ tres acies habeat, quod non placet. Sacras arces) tẽpla mirabili ſumptu conſtructa olim in vrbe ſpectabantur, vt arcium celſitatẽ præſeferrent. vel ea intelligimus fana, vt ſupra dixi, quæ in arce fuerant Capitolina. Appellauit ſacras, ideſt Dijs dedicatas. Gallus Aelius ait, ſacrum eſſe quocunque modo atque inſtituto ciuitatis ſit conſecratum, ſiue ædes, ſiue ara, ſiue ſignum, ſiue locus, ſiue pecunia, ſiue quid aliud, quod dijs conſecratum ſit atque dedicatum. Arx dicta eſt, auctore Varrone, ab arcendo, quod is locus ſit Vrbis munitiſſimus, a quo facile poſſet

Hoſtis

Hoſtis arceri. Aſconius dicit locum eſſe in vrbe editum & munitum, ad omnium ſalutem, alij putant ab Arcadibus dictam eſſe, qui primi huiuſmodi propugnacula condiderunt.

Terruit gentes, graue ne rediret
Sæculũ Pyrrhæ noua mõſtra queſtæ,
Omne cum Proteus pecus egit altos
viſere montes.
Piſcium & ſumma genus hæſitvlmo,
Nota quæ ſedes fuerat columbis,
Et ſuperiecto, pauidæ, natarunt
Aequore, Damæ.

Tot fuerunt procellæ fœdæq; tempeſtates, vt populi metu perculſi vererentur, ne rurſus Iupiter iratus, totum terrarum orbem exundantibus aquis obrueret, & genus humanũ, vt Pyrrhæ & Deucalionis temporibus, totum interiret. de hoc ſane diluuio multi apud græcos, & latinos, aliquid ſcripſere, ſed nemo rem ipſam melius quàm Apollodorus tractauit; Omitto quæ Euſebius, Didymus, Diodorus, & Ouidius litteris mandarunt. Apollodorus ille diligentiſſimus fabularum ſcriptor ita fabulam hanc memorie prodidit.

προμηθέως δὲ παῖς Δευκαλίων ἐγένετο, οὗ-

τος βασιλεύων τῶν περὶ φθίαν τόπων, γαμεῖ πύῤῥαν τὴν ἐπιμηθέως καὶ πανδώρας, ἣν ἔπλασαν θεοὶ πρώτην γυναῖκα, καὶ ἐπεὶ δὲ ἀφανίσαι ζεὺς τὸ χαλκοῦν γένος ἠθέλησεν, ὑποθεμένου προμηθέως, Δευκαλίων τεκτηνάμενος λάρνακα, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐνθέμενος εἰς ταύτην μετὰ πύῤῥας ἀνέβη.

Et Reliqua.i. Promethei Deucalion filius fuit, hic cum in locis, qui circa Phtiam erant, regnaret, habuit in matrimonio Pyrrham Epimethei filiam et Pandoræ, quam primam Dei mulierem formarunt, & ſimulac Iupiter delere ferreum genus conſtituit, hortante Prometheo, Deucalion, cum ſibi Cymbam fabricaßet, & quæ victui neceßaria forent impoſuißet, in hanc cum Pyrrha vxore conſcendit. inferius etiam oſtendit Apollodorus, plurimas græciæ partes fuiße aquis obrutas, omnesq; illius regionis homines perijße, paucis exceptis, qui ad vicinos montium vertices confugerunt, Deucalion autem, cum, paruula illa cymba, per mare ferretur, per nouem dies totidemq; noctes, ad Parnaſum appulit, & illic pluuijs iam ceßantibus, cum ex arca deſcendißet, Phyxio Ioui ſacrificium fecit. Iupiter per Mercuriū monuit, vt peteret quicquid in animo haberet, hic

autem

autem generationem hominum petit, Ioue iubente, ut lapides capiens ſupra caput iaceret, quos Deucalion iecit, mares facti ſunt, quos autem Pyrrha, mulieres. Terruit gentes ne graues ſeculum Pyrrhæ rediret) ne diluuium pernicioſum, quod Pyrrhæ et Deucalionis temporibus fuit reuerteretur. Si credimus Xenophonti, qui libellum inſcripſit de æquiuocis, plura fuerunt diluuia, primum per nouem menſes durauit ſub priſco Ogyge, ſecundum fuit niliacum ſub Hercule ac Prometheo menſtruum, Tertium bimeſtre, ſub Ogyge Attico in Achaia, Quartum trimeſtre Theſſalicum ſub Deucalione. Beroſus, qui Belũ interpretatus eſt, ait, curſu hæc ſiderum fieri, & adeo quidem affirmat, ut conflagrationi atq; diluuio tempus aſſignet, arſura enim Terrena contendit, cum omnia ſidera, quæ nunc diuerſos conficiunt curſus, in Cancrum conuenient, ſic ſub eodem poſita veſtigio, ut recta linea exire per orbes omnium poſſit; inundationem vero futuram, cum eadem ſiderum turba in Capricornum ſe conferet: Sed nos Chriſtiani multo melius ſentimus hæc propter peccata mortalium diuinitus contingere. De ſæculo ita Cenſorinus. ſæculum eſt ſpatium vitæ humanæ longiſſimum partu & morte finitum, quare qui annos triginta ſæculum putarunt, videant, an recte ſentiant, hoc enim tempus Geneàn vocari Heraclitus auctor eſt & Ho-

meri interpres. Sed Varro libro quinto de latina lingua putat ſpatium eſſe centum annorum, & à ſene dictum eſſe, quod longiſſimum ſpatium ſeneſcentium hominum id putarunt, alij legunt ſeneſcendorum apud Varronem, ſed quis eſt qui nõ videat locum eſſe corruptum? nec eſt cur mihi vetuſtos codices obijciant, qui enim in hac ſunt Hæreſi, vt in vetuſtis codicibus manuſcriptis nihil deprauatum poſſit inueniri, faciunt ſanè, vt multa falſò addiſcantur. Noua monſtra queſtæ) *Pyrrha non potuit non dolere & cum natura expoſtulare, illam admirabilem maris alluuiem, & inundationem magno cum ſtupore aſpiciens, qua cuncta rerum ſpectacula obtegebantur, & genus humanum demergebatur.* Monſtrum) *putat Donatus quod præter naturam deficit aut exuperat monſtrum appellari. vt Aelius* Stilo *interpretatur, à monendo dictum eſt, velut moneſtrum. Item Sinnius Capito, quòd monſtret futurum.* Omne cum Proteus) *pulchrum poetæ commentum; cum monſtroſis imbribus mare ita excreuiſſet, vt montium quoq; culmina operiret, piſces poterant ad ipſos etiam montes enatare. quare fingit Proteum tanquam piſciũ paſtorem illos ad altos montes impuliſſe, mari intumeſcente & ad ſuprema quæq; loca ſurgente.* Sed *aliter poſſumus hunc locum interpretari, vt proteus* ἀλληγορικῶς *mare intelligatur. nam Deus*

marinus

marinus eſt, quare potuit poeta proteum pro ma ri ponere, ideſt pro monſtroſo illo Diluuio, Nam proteus materiam rerum informem notat vt infra oſtendam. Egit) coegit, impulit. Omne pecus) omne genus animantium, terreſtrium, nõ solũ marinorum, nam pecus eſt omne animal homi nis effigie carens. loquitur primum poeta generaliter, deinde ad ſpecies deuenit, vbi de piſcibus & Damis meminit. Altos viſere montes) aſcendere ad montium faſtigia tuendæ vitæ cauſa, vt hunc approbem ſenſum, verba, quæ ſequuntur, faciunt, nam infra de piſcibus, vt dixi, mentionem facit, quare verba ſuperiora poſſunt ad omnia animalia referri. hoc ego ſolus ex cogitaui, vt non nulla alia, quæ ſi docti & probi viri æqui boniq; facient, & recte omnia iudicabunt, adijcient ſanè calcaria, vt in dies plura pro ingenij facultate inueniam: reuertor ad id de quo dicebam. Proteus Deus marinus ſe in varias formas mutare conſue uit, vt Homerus & Virgilius teſtantur; de hoc etiam Diodorus loquitur & Herodotus eo prior: re gnauit in inſula pharo, vnde Pharius cognomina tus eſt. Heraclides ponticus ait Proteum informem rerum materiam appellari, ſcribit Lycophro nis interpres proteum Neptuni filium genere fuiſſe Aegyptium, & ex Thracia migraſſe Phlegram pallenes, & vxorem in Aegypto nomine Toro nam duxiſſe, & filios habuiſſe Tmylum & Tele-

gonum, qui lucta ſuperatos aduenas interimebāt. Virgilius ſic de illo. Eſt in Carpathio Neptuni gurgite Vates Cæruleus proteus, magnum qui piſcibus æquor, Et iuncto bipedum curru metitur equorum. & reliqua.

Ouidius vocat ambiguum. piſcium & ſumma genus hæſit vlmo) piſces creſcentibus aquis, ſummis arborum partibus adhæſerunt, & noua inſolitaq; loca ſunt experti; genus piſcium multas comprehendit ſpecies. Summa vlmo) ſuprema vlmi parte, poſuit vlmum pro qualibet arbore. vlmi ſemen ſamaram Plinius vocat, hanc arborem vitibus eſſe amicam docuit experientia, vnde Virgilius, vlmisq; adiungere vites. Et Plinius vbi de arbuſtis loquitur. prima omnium Vlmus, excepta propter nimiam frondem Attinia. Nota quæ ſedes fuerat Columbis) in arboribus propriè ſolent aues inſidere, vt columbæ; hæc auis fertur Veneri conſecrata ob ſalacitatem, vel, vt ſentit Phurnutus, ob ſuam (vt ita loquar) puritatem, & amoris illecebras & oſcula. Periſteram puellam in hanc auem conuerſam ſcribit Lactantius grammaticus, & hoc nomine græcè vocatur παρὰ τὸ περισσῶς ἐρᾶν. *Nam præter modum amat, palumbus vero* φάσσα *dici ſolet; Varro putat columbam*

dici

dici à culminibus vbi nidificat, alij quaſi colentē lumbos. Aelianus lib. 4. de Animalibus ait, in Sicilia feſtos dies celebrari ſolitos, quibus nullæ poterant columbæ videri, quare Siculi putabant abiiſſe, vt Veneri tunc in Libyam proficiſcenti co mitarentur, cui dicatæ ſunt. nouem diebus ex actis, vnam forma inſignem tradit in Inſulam per mare libycum redire, quæ ab alijs columbis colore differret, nam purpurei coloris erat, quo Venerem colore fuiſſe canit Anacreon, imitatione nimirum Homeri. Columbæ ante concubitum ſeſe oſculantur. Pl. & inter homines, vt Aelianus inquit, verſantes manſueſcunt, & ante pedes ludunt, in locis ſolitarijs non expectant propinquantes: de ijs ita meminit Gallienus. Ite ait ò pueri pariter ſudate medullis omnibus inter vos, non murmura veſtra columbæ, brachia non ederæ, non vincant oſcula conchæ. Et ſuperiecto) quadrupedes, quæ per montes campoſq; tutò curſitare ſolitæ erant, cum omnia eſſent à mari occupata, natare cogebantur per mare, quod iactū erat ſuper terram, præſertim Damæ, quæ ſuapte natura timidæ ſunt, hæc enim ſunt animalia ex terreſtribus, quæ timida natura eſſe dicuntur, Auctore Aeliano, Hinnuli, Capreæ, Damæ, Pygargi, & Lepores, quos græci poëtæ à timore ptocas appellant. Superiecto æquore) per mare quod ſuper omnia erat, & quod ui quadam inſolita cun-

cta occupauerat, non ſine deorum impulſu, habes igitur quare dixit, ſuperiecto æquore.

Vidimus flauum Tiberim, retortis
Littore Etruſco violenter vndis,
Ire deiectum monumenta Regis,
Templaq; Veſtæ.
Iliæ dum ſe nimium querenti
Iactat vltorem, vagus & ſiniſtra
Labitur ripa, Ioue non probante,
Vxorius amnis.

Vidimus Flauum,) legimus ſæpe Tiberim exundaſſe non ſine magno vrbis Romæ timore. Liuius Dionyſius Alicarnaſeus, Dion, & Tacitus, de immenſo huiuſce Fluuij auctu, qui ſæpe fuit vrbi calamitoſus loquuntur. Dion hæc prodit libro xxxix. Interim Tiberis ſine pluuijs, ſine vento, ex mari fluxum eius repellente, ſiue Deo id efficiente, Sic enim creditum eſt, ita ex improuiſo inundauit, vt omnis in vrbe planicies ſtagnaret, multaq; etiam editiora loca aquis obruerentur. Hinc ædes proſtratæ, iumenta demerſa, homines partim intra domos, partim in compitis, aquarũ ui occupati perierunt. Idem auctor aſſerit, M. Marcello, L. Arruntio conſulibus, hoc flumen ita fuiſſe auctum, vt per vrbem nauibus ciues veherentur.

veherentur, hoc etiam contigiſſe, Cornelio Cinna & Valerio Meſſalla conſulibus, & Anno V.C. 789 Sex. Papinio Q. Plautio COSS. Sic etiam Tacitus, vbi loquitur de Tiberio. Eodem anno, continuis imbribus auctus Tiberis eſt, plana vrbs ſtagnauerat, relabentem ſecuta eſt homi num & ædificiorum ſtrages. Igitur cenſuit Aſinius Gallus, vt libri Sybillini adirentur, renuit Tiberius, perinde diuina humanaq; obtegens: Sed remedium coercendi fluminis Atteio Capitoni & L. Arruntio mandatum eſt. Strabo lib. v. ſcribit Tiberim ex Apœninis montibus fluere, multisq; fluminibus augeri. Plinius libro tertio inquit in fra Aretinum Glanim, duobus & XL. Fluuijs augeri, præcipuis autem Nare & Aniene. De hoc etiam ita cecinit Dionyſius Apher.

θύμβρισ ἐϋῤῥείτης ποταμῶν βασιλεύτατος ἄλλων,

θύμβρις ὅς ἱμερτὴν ἀποτέμνεται ἄνδιχα ρώμην

ρώμην τιμήεσσαν, ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων,

μητέρα πασάων πολίων, ἀφνειὸν ἔδεθλον.

Rhemnius Fannius.

Ante alios Tybris fluuios præſtan-tior omnes

Regina

BIBLIOTECA NAZ. R. 11A. VITTORIO EMANUELE

Regius irriguo dirimit qui gurgite Romam
Romam, quæ Genitrix Regum dominatur in orbem.

Euſtathius interpres ait Tybrim fluere per mediam Romam, vt Cydnum per Tarſum, & Euphratem per Babylonem. Poeta inter alia prodigia dicit Tiberim à mari repulſum, Auſtro ſpirante, in vrbem redundaſſe, parumq; ab fuiſſe, quin euerteret Numæ Regiam & veſtæ Templum. Tiberim Flauum) à colore ſuo ita nuncupatum quem refert, cum non multum turbidus eſt, quamuis tunc nimium exundaret & turbidus eſſet. Albula prius dicebatur, Albula pota Deo. Ouidius. Gellius teſtatur, Flauum conſtare ex albo ruſo, et viridi. alij putant etiam Flauum Tiberim appellari, cum exundat, Lectoris eſt meliorem probare ſententiam, qui debet conſiderare carmen illud. Cur timet Flauum Tiberim attingere. Ibi.n. Poeta non poteſt Fluuium nimis exundantē nimisq; turbidum intelligere. cum nimis exundat Tiberis tunc non eſt multa Flauus arena, vt appellatur à Virgilio, Sed cæno Turbidus. quare Poeta Flauum Tiberim dixit hic proprio Epitheto, quamuis exundaret. Vndis retortis.) reiectis & repulſis. Littore Etruſco.) è litore maris Tyrrheni, qua-

ra

re neceße eſt, vt tumeſcens refluat in vrbem. Littus, vt refert Celſus, eſt quouſq; maximus fluctus à mari peruenit, idq; M. Tullium, aiunt, cũ arbiter eßet, primum conſtituiße. dictum eſt, vt Grammatci aiunt ab illidendo, nam illuc aquæ illiduntur, vel à ludendo, nam cum tranquillum eſt mare, ibi quaſi vndæ ludunt euntes & redeuntes, vel ab alluendo; tribuitur interdum fluminibus. Virgilius de Mincio loquens. Littora quæ dulces auras diffunditis. & 7. Aeneidos. Qui ſaltus Tiberine tuos ſacrumq; Numici Littus arant. Etruſco) Tyrrheno. Hæc enim Italiæ pars dicta eſt Etruria, Tuſcia, Tyrrhenia. Dionyſius vocat Etruſcos φῦλα πελασγῶν. *Gentes Pelasgorũ. Euſtathius memoriæ prodidit,* ἔθνος λῃστρικὸν καὶ ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον εἶναι. *Ideſt gentem latrocinijs deditam, immanem, & inhumanam eße.* τυῤῥηνοὶ καὶ τροῦσκοι λεγόμενοι καὶ τοῦσκοι παρὰ Ῥωμαίοις. *Tyrrheni Etruſci dicti ſunt & Tusci à Romanis. Tyrrheni à Tyrrheno lydo Atys filio. Myrſilus vocat vetuſtiſſimos Italiæ populos. Plures à Lydis oriundos eße demonſtrant. Dionyſius libro primo de Hiſce populis loquitur, & antiquiſſimos eße docet. Itaq; non contemnendum illud quod à Myrſilo litteris mandatum eſt, Etruſcos aureo*

ſeculo

ſeculo natos eſſe, a quibus aras, ritus, diuinationes, Colonias, & diſciplinas habuit priſca Italia, initio ſumpto a prima eorum Tetrapoli dicta Etruria, à qua illos Romani Etruſcos nominarunt. dicti ſunt Tuſci, vt Plinius in libro tertio, ob diuinarum rerum peritiam & à ſacrificò ritu, quod ſi verum eſt παρὰ τὸ θύω deductum fuit nomen. Feſtus putat dictos eſſe Tuſcos à Tuſco rege Herculis filio, vel à ſacrificando, vel hoc nomen eã habet originem, quam Tuſculum habet, quod dictum eſt quaſi δύσκολον, quia difficilem habet aditum. Ire deiectum) extra ripas diffluere & exundare, vt deijciat & proſternat. Monumenta Regis) regiam Numæ, quæ non procul à templo Veſtæ videbatur, vt Plutarchus innuit, qui loquitur ad hanc ſententiam; reſtitere Romani, quo nunc loco Iouis Statoris ſitum eſt templum, ita confertiſſimo agmine Sabinos adorti fundunt, fugantq; & vſque ad locum Regiam nunc dictum, ac templum veſtæ palantes agunt. Templaq; veſtæ,) poſuit numerum pluralem pro ſingulari. Templum vt Varro, tribus modis dicitur, à natura, ab auſpicijs, à ſimilitudine, à natura in cælo, ab Auſpicijs in terra, à ſimilitudine ſub terra. in cælo, vt in Hecuba, o magna templa cæli. in Terra, vt in Peribœa, ſcrupea Saxa Bacchi templa. ſub terra, vt in Andromacha,

Acheruſia templa. Alta Orci ſaluete infera. Ianus in Italia primus templa conſtruxit Macrobio Teſte. Veſta, Dea pudicitiæ, vnde virgines veſtales, ignem. (vt dixerunt) & terram ſignificat, quod docet etiam Ouid. in Faſtis, græcè fertur Heſtia. legitur Homeri hymnus In veſtam. Terram ſignificare, vt dixi, Naſo teſtatur, veſta eadem eſt & Terra. Idem Poeta. Nec tu aliud veſtam, quam viuam intellige flammam. Thurnutus reddit rationem quare vtrunque elementum poſſit ſignificare, fortè quòd terra ignes nutriantur, qui ſunt in mundo, & per ipſam terram ſubſiſtant, aut ꝙ fertilis ſit terra, & animalium mater, quæ ſine ui ignis gigni & viuere non poßent. Auguſtinus inquit vnam fuiße ex Dijs viginti, quos Selectos Varro appellauit. Pauſanias meminit de veſtæ ara apud Oropios, de eius ſimulacro propè Prytaneum, de Templo apud Hermionenſes. Iliæ dum ſe) fingit Poeta non inconcinnè more ſuo, eo conſilio tiberim vim ſuam effundere, vt Iliæ nomine, quæ fuit mater Romuli, & Remi, ciues Romanos male mulctet, tanquam ſceleris conſcios, per quod necem C. Cæſaris accipimus. Itaque conijcimus ex Horatij figmento, Iliam Cæſaris mortem doluiße, cui, vt gratum faceret Tybris, in Vrbem Romam ſæuiebat, vbi tantum facinus patratum eſt. Dum vagus) extra terminos ſuos excurrens. Se iactat vltorem

rem

rem) promittit non ſine ſuarum virium oſtentatione, ſe forc vindicem. Iliæ) Syluiæ, Rheæ. Nimium querenti) nimium de Cæſaris nece lamentanti. Et Siniſtra labitur ripa.) fluit exundans per ripam latinam, quam ſiniſtram appellauit, habita ratione ripæ Etruſcæ, vel ſiniſtram ideſt infauſtam, nam cum hoſtiliter aduerſus Romanos inflaretur & turgeſceret, in latinam ripam magis declinabat, nec pariter, Etruſca & latina arua, ſuo tumido flumine peruaſtabat. Ioue non probante) hoc in Auguſti gratiam; Cum Iupiter tiberim videret tanto cum furore ſua attollentem cornua, quibus vrbem aliqua ex parte diruebat, ſciens quantum vrbi Romæ Auguſti temporibus imperium portenderetur, non probabat: Sed quare tiberi non diſſuadebat, vel illum non increpabat; cum Deorum eſſet maximus? quia quod vni placebat numini, ab altero (vt Poetæ dicunt) non poterat interturbari, quod aperte oſtendit Ouidius libro.iij. Metamorphoſeon.

At Pater omnipotens, neque enim licet irrita cuiquam Facta Dei feciſſe Deo; & Fluminibus ſua ineſſe numina Poetæ fabulantur. Vxorius amnis) tiberis fluuius, ſuæ vxori Iliæ nimis addictus. notat Iliam tiberis vxorem, nam hæc (vt ſentit Porphyrio Ennium habens auctorem) in Amnem tiberim, iuſſu Amulij regis, præcipitata eſt, antea Anieni matrimonio iuncta:

cta; Sed hic loquitur Poeta quaſi tiberi potius Ilia nupſerit, cum in eum fuerit proiecta.

Audiet ciues acuiſſe ferrum,
Quo graues Perſæ melius perirent,
Audiet pugnas vitio parentum
Rara Iuuentus.

Quē vocet Diuum populus ruentis
Imperij rebus? prece qua fatigent
Virgines ſanctæ minus audientem
Carmina veſtam?

Audiet ciues) loquitur de bellis ciuilibus, quæ tot mala Vrbi Romæ pepererunt, vt ciues, qui tot populos ſubegere, in ſeipſos tela retorſerint, iura diuina & humana violarint, & omnia permiſcuerint. edita inquit tot ciuium ſtrage, rari erunt poſteri, qui ſint hæc inteſtina bella audituri, quæ geri potuiſſent cum hoſtibus imperij Romani, & ſic Resp. fuiſſet multo citius aucta & amplificata. Rara iuuentus audiet ciues ferrum acuiſſe) pauci futuri ſunt Iuuenes, tanta ciuium cæde facta, ad quos ciuilis belli fama poſſit peruenire. Iuuenibus enim rerum nouarum ſtudioſis, quorum animi ſæpe ad pugnam accenduntur calore ſanguinis, referri bella ſolent, quæ olim geſta ſunt.

quamobrem

Quamobrem potius de Iuuenibus quam de ſenibus locutus eſt. Ciues acuiße ferrum) ciues arma fuiße fabricatos & acuiße, vt facilius inimicos vulnerarent. Ciuis, quaſi coiuis à coeundo, & hac de cauſa conciuis dici non poteſt, nam nunquam apud latinos eadem præpoſitio geminatur in vna dictione, & ſi vſurparetur conciuis, diceretur quaſi concoiuis, & præpoſitio con duplex eſſet. Ciues aut ſunt veri, & Romæ nati qui dicti ſunt Quirites, aut aſciti, vt Theophanes Mythilenæus, exempli cauſa, qui ciuitate donatus eſt à Pompeio. Legimus Antoninum hac vſum fuiße benignitate vt omnes populi ciuitate donarentur, quare ſi proprie loqui velimus, ea tantum publica ſunt, (vt ſcribit iuris conſultus in libro de verborum ſignificatione) quæ populi Romani ſunt, propterea quod nulla ciuitas communis eſt omnium patria præter Romam, nam cum antea Imperatores ex Auctoritate à Senatu P. Q. R. data, hos aut illos populos, iure Latij aut ciuitate Romana donaßent, Poſtremo Antoninus Imperator (modo vera hæc ſit hiſtoria, quam Cælius Chalcagninus ſcriptam reliquit, in commentario in librum de verborum ſignificatione) de cunctis gentibus benemereri cupiens, vniuerſum terrarũ orbem Romana ciuitate donauit, ex quo facta eſt omnium Patria & domicilium, vt Plinianum illud quod ad hanc rem valde pertinet, & de quo

...anus cap. ... a ciuitatis ... 460.

non eſt

non eſt dubitandũ, Iure dici poſſit. Omniũ Terrarũ Alumna, & parens, numine Deũ electa, quæ cælũ ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, ritusq; molliret, & tot Populorũ diſcordes ferasq; linguas ſermonis cõmercio cõtraheret ad colloquia, et humanitatẽ homini daret, breuiterq; vna cũctarum gentiũ in toto orbe patria fieret. Per ferrum intellige arma bellica, quæ quidem ex ferro fiunt, quod ſi nunquã fuiſſet inuentũ, non tanta hominũ ſtrages fieret, quare ferreum fuiſſe illum ait Elegans Tibullus, qui ferrea primus arma inuenit, Quis fuit horrẽdos primus qui protulit enſes? Quã ferus & vere ferreus ille fuit. Ferrum optimum & peſſimum Plinius appellat. ſi nunquam hoc metalli genus fuiſſet effoſſum ab Idæis Dactylis, vt Canit Heſiodus, non fuiſſent Gallorum Gæſar Acynacis Perſarum, Pila Romanorum, nunquã Mydias Meſſenius loricam inueniſſet, nunquam Lacedæmonij Galeam, Gladium, & Haſtam quæ ferream habet cuſpidem, nunquam ſagittas Scythes Filius Iouis, vel Perſes Perſei, ſed fuſtibus potius prælia commiſiſſent, vt Afri antiquitus contra AEgyptios. Quo graues Perſæ) ſi arma illa, quæ contra ſe ipſos Romani cæperunt, in Perſas ceterosq; hoſtes vna conſpiratione conuertiſſent, præclarius ſe geſſiſſent & patriæ melius conſuluiſſent. Perſæ populi Aſiæ propè Medos, & Parthos; vnde ſæpe leges Medos pro Perſis.

dicti ſunt, inquit Stephanus, ἀπὸ τοῦ πέρσου τοῦ μηδείου, *à Perſo filio Medeæ. Perſa in ſingulari, eodem Stephano Auctore, Ciuitas* παρὰ τῷ Εὐφράτῃ *iuxta Euphratem. Graues) moleſti, & negotium faceßentes Populo Romano: Audiet pugnas vitio parentum) repetit idem, ad maius dedecus illorum, qui ciuilis diſcordiæ fuerunt auctores, nam ſatis erat dicere, Audiet ciues acuiße ferrum vt bellum ciuile notaret. ſeu ita loquitur hæc addens, vt rem ipſam magis exprimeret, nam ferrum alia etiam de cauſa acui poteſt, quàm vt bella gerantur: vitio parentum) ſcelere & improbitate maiorum, qui, priuati commodi cauſa, cuncta interturbarunt, & tot ſeditiones excitarunt. Parentes non ſolũ Patres & Matres ſignificant ſed etiam pro maioribus vſurpantur. Caius de verb. ſignificatione. appellatione parentis, non tantum Pater, ſed etiam auus & proauus, deinceps omnes ſuperiores continentur, & mater, & auia, & proauia. Quē vocet Diuum) Natura comparatum eſt, vt cũ mala nos circumueniunt, & in periculis verſamur, ad Deum confugiamus, & ob id Petronius Arbiter improbè dixit. Primus in orbe Deos fecit Timor. Ait Poeta Deos omnes propter cæſaris necem, & alia ſcelera populi Romani preces contemnere, Iuſtorum enim vota præcipue*

exa di-

exaudiuntur, ita, inquit, Populus Romanus eſt in uiſus diis, ut nec ipſæ virgines, quæ ignem in Templo veſtæ perpetuum conſeruant, quamuis pudicitiæ Deam frequenter orent, aliquid Populo Romano poſſint impetrare. ſolent puellæ, quæ caſtæ viuunt, facilius exaudri, vt Tibullus etiam docet, Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite, Et manibus puris ſumite fontis aquam. Numa Pompilius, vt Liuius, Cornelius Nepos, & alij docent, primus veſtales Virgines inſtituit, de quibus multa Gellius. Quem vocet diuum Pop.) quod numen Populus inuocet, vt ſubueniat. Rebus Imperij.) romani. Ruentis) quod iam ruit & in dies fit minus, quaſi dicat nullum numen eſt, cuius opem poſſit implorare Populus, Diui proprie dicebantur dij qui ex mortalibus facti erāt immortales. de quibus Arnobius, Lactantius, Clemens Alexandrinus & Auguſtinus antiquorum ſtultitiam deridentes meminere. Herodianus loquitur περὶ ἀποθεώσεως, quo pacto Romani Imperatores qui poſt mortem diui ſint appellati, in deorum numerum ſint ex falſa illorum perſuaſione relati. Sed uſurpatur Diuus à Poetis pro Deo, nec verum eſt, quod nonnulli ſentiunt, Imperatores tantum poſt obitum diuos fuiſſe appellatos. nam Ouidius Auguſtum nondum mortuum Diuum nuncupat Libro iij. Triſtium. Cæſar ades voto maxime Diue meo. puto diuum eſſe dictum

d 2 quaſi

quaſi diū addita littera V. uel ἀπὸ τοῦ Διὸς. Deus, vt tradit Feſtus, dictus eſt quod ei nihil deſit, vel quia omnia cōmoda hominibus dat, ſiue à græco δέος quod metū ſignificat, eo quod hominibus metus ſit, ſed magis conſtat id vocabulū ex græco θεὸς eſſe dictum dempta aſpiratione, qui mos antiquis noſtris frequens erat, lege Feſtum. vnde hoc nomen deducatur vide etiam Phurnutum. Rebus Imperij) hoc nomen res, cuius ſignificatio late patet, vt Vlpianus docet, eleganter à Poetis & Oratoribus vſurpatur. plerunque enim per rem imperium intelligimus. Auſonius. *Imperium litem Venerem cur vna notet res.* Ennius. *Vnus qui nobis cunctando reſtituit rem,* pro ſtatu reip. poteſt etiam uſurpari vt Seruius ſentit; pro cauſa forenſi, vt res agere in foro, Cicero in verrem: *quod ſi res tua non ageretur, à te potius poſtularent.* pro bonis quæ poſſidentur & pro patrimonio. Hor. *Rem Patris oblimare malum eſt.* Pro reo etiam vt ait Vlpianus. pro vtilitate. Terentius in Hecyra. *Ita Dij Deæq; faxint, ſi in rem eſt Bacchidis.* Pro concubitu. Donatus, *rem habere,* honeſte res impura dicitur, et alias habet ſignificationes, quæ à Grammaticis noſtri temporis collectæ ſunt. Sed hoc in loco per Res Imperij ruentis quid intelligimus? vel calamitates, quæ faciebant imperium ruere, vel ſtatum, vt hanc di-

ctionem

ctionem exponit Seruius apud Virgilium, ſexto AEneidos. Hic rem Romanam magno turbante tumultu ſiſtet eques. quod fere idem eſſet. Imperij Ruent is.) dominij labantis, vt iuris conſultorum nomine vtar, de cuius finibus Appianus & Strabo. Vlpianus ſcribit eſſe duplex Imperiũ merum, aut miſtum, merum habet gladij poteſtatem vt poſſit animaduertere in facinoroſos, quod etiam poteſtas appellatur. miſtum eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt & quod in danda bonorum poteſtate conſiſtit. Qua prece virgines Sanctæ fatigent Veſtam minus audientem carmina) quas preces Veſtæ dicatæ Virgines effundant pro Romano Imperio, cum ipſa Dea pudicitiæ auerſetur & contemnat? fatigare precibus Deos, locutio poetica eſt, vt ſollicitare votis apud Virgilium. Virgines) Virgo propriè eſt illa, quæ nondum eſt paſſa virum, quæ nondum in viri manus conuenit, mulier vero quæ fuit in viri complexu, ſed mulieris appellatione etiam Virgo continetur, ut Caius docet, & inferius de hoc nomine plenius loquemur. Sanctæ) inuiolabiles, nam vt Martianus de rerum diuiſione ſcribit, ſanctum eſt illud, quod ab iniuria hominum defenſum eſt & munitum, tractum à ſagminibus herbis, vt ſentit Iuriſconſultus, quas Legati Populi Romani ferre ſolebant, nequis eos violaret; Donatus ait, ſanctũ dicitur quod omni obſeruatione inuiolatum eſt. Virgi-

nes veſtales, vt dixi, primum ſunt à Numa electæ, quæ fuerunt quattuor, Gegania, Berenia, Camuleia, & Tarpeia. Veſtalis Virgo primis annis decem diſcebat, proximis decem miniſtra erat, decem vltimis docebat, poſt hos triginta annos ei nubere licebat. Vide Dionyſium, & Gellium. Minus audientem) deſpicientem. Carmina) preces, quas canendo, vt arbitror, effundebant. vt noſtræ tempeſtatis Virgines, quæ more veſtalium, in locis ſacris habitant, â rerum humanarũ cura ſeiunctæ; & preces illæ numeris conſtabant, ut carmina ſæcularia,

Cui dabit partes ſcelus expiandi
Iup? tandem venias, precamur,
Nube candenti humeros amictus
　Augur Apollo.
Siue tu mauis Erycina ridens,
Quã Iocus circum volat, & cupido,
Siue neglectum genus, & nepotes,
　Reſpicis auctor.
Heu nimis longo ſatiate ludo,
Quem iuuat clamor, galeæq; leues,
Acer & Mauri peditis cruentum
　Vultus in hoſtem.

Expiandorum ſcelerum mos erat apud antiquos: Varro meminit de hoſtia piaculari, Feſtus de februis, Macrobius, & Ouidius in faſtis. Februa enim piacula erant, luſtrationes & purgationes, in quibus, ouo, ſulphure, & Lauro utebantur, ut Plinius Iuuenalis Appuleius & Ouidius conſentiunt. Februus dicebatur februorum deus, unde februarius, Teſte etiam Plutarcho; ſenſus eſt. cum tantum ſuſceptum ſit facinus, quis in Urbe ita probus & nulla pollutus labe inuenietur, ut Iouis permiſſu poſſit hoc ſcelus expiare purgareq; ? quaſi dicat nemo. Cui dabit partes ſcelus expiandi iup?) Deus qui ex alto cuncta intuetur, nec ſinit quenquam impune ferre, ſiquid flagitij patratum eſt, cui hanc expiationem concedet? Non enim, ut eſt in prouerbio, omnes, qui libant litant, illotisq; manibus quod ſit ſacrificium, non eſt Deo acceptum; tunc enim rem diuinam Deo placere putandum eſt, cum animum à Vitiis abducimus, nec porco tauroq; Deus placatur, ſed puro ſinceroq; animo, quod uerum & Patri altiſſimo gratum appellat ſacrificium Clemens Libro. V. ſtromatum; tali probitate præditum nemine Romæ videbat Horatius, Cui dabit partes) cui concedet hoc munus & officium. Expiandi) luſtrandi, & purgandi. ſcelus) flagitium commiſſum. Tandem venias precamur) Poſt tot mala quæ Romani paſſi ſunt, O Apollo ad

hanc vrbem ſatis ſuperq; multatam deſcende, & lucido ſerenoq; tuo vultu tempeſtates in fugam verte. Amictus humeros) ideſt habens tuum cæleſte corpus amictum & indutum. Nube candenti) nube candida, quæ ſerenitatem ſignificet. Dat nubem pro indumento lucidam Apollini non illepide, per quem ſolem intelligimus, vt infra latius dicemus, Nubes enim cum denſæ & obſcuræ, pluuias fore oſtendunt, cum ſunt albæ & lucidæ, tunc tranquillum & ſerenum tempus nobis indicant. Apollo Augur) vates. Augures proprie dicebantur ij, qui de cælo ſeruabant, & ex garritu aſpectuq; auium futura prædicebant, nihil penè Romani agebant inauſpicato. Itaq; inſtitutum eſt augurum collegium, proditũq; eſt, optimatum filios, ſex Etruriæ populis, ut augurandi artem ediſcerent, ex ſenatus conſulto, in diſciplinam datos eſſe, ut augurandi ars Romanis ciuibus non eſſet ignota. Quidam ſcribit quinq; genera ſignorum obſeruaſſe Augures, ex cælo, ex auibus, ex bipedibus, ex quadrupedibus, ex diris. ſed non defuerunt apud antiquos qui hæc auguria deriderent, Deosq; otioſos & feriatos eſſe dicerent, ſi ſua conſilia cornicibus aut coruis committerent hominibus indicanda, de his tamẽ Homerus quoq; meminit, legimusq; non modo apud Romanos, uerum etiam apud Græcos Barbarosq; augures in ſummo habitos fuiſſe honore. De his multa Liuius,

Dionyſius,

Dionyſius, Plutarchus, Valerius, Varro, & Cicero; ſed non me piget de templo aliquid dicere, quod ab Augure conſtituebatur. Sedebat orientem verſus, velato capite, lituum baculum incurium manu tenens, quo ſolebat in cælo regiones diuidere, & quæ eueniebãt, ſi læua fuiſſẽt, qua parte eſt ſeptentrio, ſecundum augures, felicia pronutiabat, illa enim pars propter altitudinem putabatur proſpera: ſi dextera, qua parte meridies eſt, infauſta nuncupabat, locus enim eſt depreſſus; hic, vt ſupra dictum eſt, augur pro uate ponitur. Apollo enim vaticinabatur, non agebat auguria, ſed præſes augurum dici poteſt. ſi vellem de Apolline quæ in mentem veniunt literis conſignare, volumen ſanè de vna tantum re loquens conficerem, non enim deeſt mihi Phurnutus, Porphyrius, Heraclides ponticus, Palæphatus, Fulgentius, Albricus philoſophus, Macrobius, Arnobius, Clemẽs Alexandrinus, nec deſunt mihi multorum poetarũ græci interpretes, ex quibus multa iampridem collegi et memoriæ mandaui quæ ad Apollinem ceteroſq; deos nobis Chriſtianis iure quidem optimo deridendos pertinent, ſed illa tantum dicam, quæ mihi potiora magiſq; neceſſaria videntur. Apollo dictus eſt, vt Plato ſentit, ἀπὸ τοῦ βάλλειν τὰς ἀκτῖνας, à iacẽdis radijs, vt alij, dictus eſt quaſi ἄνευ πολλῶν ideſt ſine multis, nam ſolus in cælo

lucet

lucet, cum ipſe oritur; non abſurdum videtur Orphei hymnum hic ponere, quem cecinit in Solis laudem; integrum tamen nolui, ne ſim nimius.

κλῦθι μάκαρ πανδερκὲς ἔχων αἰώνιον ὄμμα, τιτὰν χρυσαυγὴς, ὑπερίων, οὐράνιον φῶς, ὄμμα δικαιοσύνης. ζωῆς φῶς ὦ ἐλάσιππε μάστιγι λιγυρῇ τετράωρον ἅρμα διώκων.

Audi Beate æternum habens oculum, quo cuncta intueris, Titan aureo nitens fulgore, hyperion, cæleſte lumen, iuſtitiæ oculus, vitæ lux, o equorū agitator flagello ſtridulo, quatuor horarum agens currum. Hic, vt Plinius ait, cæli triſtitiam diſcutit atq; etiam humani animi nubila ſerenat. καὶ τὰ λοιπά. Albricus Apollinis imaginem ſcitè depingit. ſuper caput portabat Tripodem aureum, in dextra manu habebat ſagittas, arcum & Pharetram, ſiniſtra citharam tenebat, ſub pedibus eius depictum erat monſtrum horrendum, cuius corpus erat ſerpentinum, triaq; habebat capita ſcilicet caninum, lupinum, & Leoninum. quanquam inter ſe erant diuerſa, in vnum tamen coibant corpus, vnam caudam ſerpentinam habentia. Coronam capite geſtabat duodecim lapidum pretioſorum, iuxta illum erat viridis laurus depicta, & coruus niger deſuper volitans pingebatur, auis ſcilicet ipſi Deo conſecrata, ſub lauro nouem

muſæ choream ducebant,& circa Apollinem melodian faciebant, non procul autē Python ſerpens maximus pictus erat, qui ſagitta vna Apollinis traiectus videbatur, & erat Apollo inter duo iuga montis Parnaſi ſedens, de quo fons Caſtalius ſcaturiebat. ſiue tu mauis Erycina ridens.) inuocat Venerem, tanquam numen Romanis propitium, qui oriundi ſunt ab Ænea filio. vocata eſt Erycina ab Eryce monte Siciliæ, ubi Templum habebat ab Ænea conſtructum, quod ceteris Siciliæ templis præferebatur Auctore Polybio. Hoc etiā templum non tacuit Diodorus, nō Cicero. non Strabo. Diodorus docet Erycem Veneris & Butæ filium fuiſſe, qui nomen monti dedit, quod etiam Seruius ſcriptum reliquit. Ridens) proprium Veneris Epithetum eſt. Homerus Iliad. iii.

δίφρον ἑλοῦσα φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη,

Quam Iocus circumuolat & cupido.) uide, quo pacto poeticè ludat Poeta; circum Venerem volare iocum & cupidinem inquit & fingit alterum ex filijs Iocum, alterum Cupidinem vocari, nam ſi dicit Iocum etiā volare cum Cupidine, cur Iocum alterum ex filijs non appellem cum dicatur ab Ouidio geminorum mater Amorum? nec ſine ratione hos eſſe Veneris filios dicimus ex Poeta, nam Amor nil ſanè aliud eſt, quàm cupido ideſt deſiderium rei pulchræ fruendæ vt Plato docet. voluptas etiam Veneris non eſt ſine Ioco & luſu.

ſed cur ſilentio prætereundum quod Porphyrius doctiſſimo apologo de Veneris filijs complexus eſt? cuius verba ſanè omnia ad hanc rem pertinentia deſcriberem, ni odioſa eſſet græcæ linguæ oſtentatio, ſed ſcribam tantum principium, reliqua latinis verbis exprimam. τὸν ἔρωτα ἡ ἀφροδίτη ἐγέννησε, τὰ μὲν ἄλλα καλός τε ἦν ὁ παῖς τῇ γεννησαμένῃ προσήκων, ἀτὰρ οὐκ ηὔξετό γε εἰς μέγεθος τῷ κάλλει πρέπον, οὐδὲ ἐπεδίδου τὸ σῶμα, ἀλλ᾽ ἔμενε πλεῖστον χρόνον οἷος ἐτέχθη, *& reliqua. cum Erotem Venus peperiſſet, venuſtus erat puer, & matris formam præ ſeſerebat, ſed non ad magnitudinem corporis pulchritudini conuenientem adoleſcere poterat, plurimum aũt tempus, talis manſit, qualem parens peperit. ſolicità igitur de hac re mater erat, & nutrices pueri gratiarum Deæ Charites; cum autem ad Themin fatidicam deam ſe contuliſſent, nondum. n. erat Delphis Apollo, ſupplicarunt vt doceret, quo pacto poſſent huic abſurdæ, & admirabili calamitati occurrere, reſpondit Themis, faciam equidem, ut hanc ex animis anxietatem deleatis, non enim adhuc pueri naturam cognouiſtis, Tuus iſte filius qui Eros vocatur, ſolus naſci poteſt; creſcere autem ſolus non poteſt. ſed altero tibi opus eſt*

filio,

filio, qui Anteros vocetur, ſi cupis tuum Erotem corporis ſtatura augeri, erit n. hæc fratr bus natura, vt ſe viciſſim intuentes, ſui incrementi viciſſim ſint auctores, ſic æquè adoleſcent, altero autẽ deficiente, de ambobus actum erit. Hoc accepto conſilio Anterotem Venus enititur, & ſtatim Eros procerũ habens corpus, enatis alis, currere & euolare cœpit. ſic ego Porphyrij verba ex græco expreſſi, quomodo alij ſint interpretati alij iudicent, certum eſt .n. meo fungi officio & nemini maledicere. putandum vero eſt hunc Porphyrij Apologum ad mutuum amorem referri debere, nam ſi quis in amore nobis non reſpondeat, amor ille non augetur, ſed deficit. Siue neglectum genus.) Martis opem implorat, O Romani generis auctor, ſi iam miſeratione afficeris, & iam ſuccurrendum eſſe cenſes Romanis poſteris tuis, quos per aliquot tempora neglexiſti, & ſi iam ſatiatus es bellis, quibus delectaris, ut homines ludis. precamur venias) vt opem feras. Auctor generis Romani Mars dicitur, nam dicebant Iliam à Marte compreſſam, ex qua ſuſcepti ſunt Romulus & Remus. Siue reſpicis) ſiue flectis oculos & miſeratione proſequeris. Genus neglectum) Romanos tuos quos propter eorum ſcelus contempſiſti. Nepotes.) appoſitio. poſteros tuos. hanc dictionem à græcis ſumptam eſſe docemur ab Euſtathio, qui quidem annotat in Odyſſ. νέποδα interdum

τὸν ἀπόγονον ſignificare, ideſt vel filium vel nepotem, ſecundùm latinos dicitur nepos, quaſi natus poſt, vſurpatur interdum pro luxurioſo & profuſo, unde nepotari verbum Tertullianus deduxit. Heu nimis longo ſatiate ludo) ſuum exprimit dolorem Poeta. O Mars Satiate) quẽ iam ſatiatum & expletum puto. ludo nimis longo) bello ciuili quod per tot annos durauit, quare mea quidem ſententia, innuit etiam bella, quibus Roma exarſit, Syllæ, Marij, Cinnæ, & Carbonis temporibus: per ludum hic bellum intelligimus, nam ludus Martis vt dixi, bellum eſt; Quem iuuat clamor) gaudet Mars cum ad Arma conclamatur, & claſſicum, ut aiunt, canitur, uel gaudet clamoribus, quos milites effundunt, ut hoſtes perterreant, & vt ſe nullo timore affici oſtendant, nam quidam præ timore vocem amittunt, & idcirco Menelaus vocatur ab Homero βοὴν ἀγαθὸς in pugna ſtrenuus, & cui vox præ formidine non hæret faucibus. Galeæq; leues) caſſides politæ, & lucidæ, & per galeas cetera etiã arma intellige, quibus milites induuntur, Hinc AEratæ acies dicuntur à Verg. 9. AEneidos, æreis armis munitæ. Acer & Mauri peditis cruentum vultus in hoſtem.) repete iuuat. Vultus acer) toruus, animi ferociam oſtendens, vultus enim animi imago à Cicerone vocatur, à quo vultuoſius

moſus deducitur adiectiuum nomen, & diminutiuum vulticulus. Cicero ad Atticum. Non te Bruti noſtri vulticulus deterret ab iſta oratione. Idẽ etiam Cicero de legibus aſſerit, vultum proprio vocabulo à græcis non poſſe ſignificari. quidam vero contra Ciceronem dicunt πρόσωπον *apud Græcos, vultum eſſe apud latinos. Mauri peditis.) Afri. per Mauros omnes populi Romani hoſtes intelligimus, Mauritania pars Africæ eſt quam innuit peditatu valuiſſe, & duplicem eſſe refert Stephanus, Tingitanam, & alteram, quã Cæſarienſem appellant. Idem ex Quadrato aſſerit Mauros poſſe Mauruſios dici, quam Gentem magnam Libyæ vocat, hos populos Mauros appellari exiſtimo à colore obſcuro qui græcè* μαυρὸσ *fertur. In hoſtem cruentum.) contra inimicũ vel ſuo vel alieno cruore pollutum. hoſtis in bonam antiquitus partem accipiebatur. Teſte Cicerone & peregrinum ſignificabat, teſte etiã Feſto,*

Siue mutata, Iuuenem, figura
Ales in terris imitaris, almæ
Filius Maiæ, patiens vocari
Cæſaris vltor.
Serus in cælum redeas, diuqꝫ

Lætus

Lætus interſis populo Quirini,
Neue te noſtris vitiis iniquum
Ocyor aura
Tollat, hic magnos potius Triũphos,
Hic ames dici pater atq; princeps,
Neu ſinas Medos equitare inultos,
Te duce, Cæſar.

Orat nunc Cæſarem Auguſtum, quem Mercurium eſſe & humanam formam induiſſe dicit, ut necem C. Cæſaris vlciſcatur, precaturq; illum, ut diu velit in Terris dominari, & ſero in cælũ reuerti, ſua n. præſentia, lapſis rebus poterit ſubuenire. O Cæſar, ſiue tu ales Filius Maiæ) Siue Tu exiſtens Mercurius, quem alatum fingunt & Maiæ filium. Imitaris.) refers, Iuuenem) hominem in ætatis flore conſiſtentem. Figura mũtata) mutata forma ex diuina in humanam. patiens) qui pateris & non dedigniaris quamuis Deus ſis. Vocari Cæſaris vltor) vindex mortis Cæſaris. Serus in cælum redeas) diu in terris verſeris. Diuq; lætus interſis populo Quirini) longum tempus adſis populo Romano. Lætus) alacer, hilaris felici rerum euentu. Nec aura Ocyor) valde uelox. Tollat) efferat ad cælum. Te iniquum) aduerſarium & acerbè indignantem.

Noſtris vitijs.) Sceleribus & flagitijs. hoc eſt non æquo animo flagitia ferentem, cum .n. Dij ferre hominum nequitiam non poſſent, e Terris in cælum abierunt. Iuuenalis, Credo pudicitiam ſaturno Rege moratā in Terris viſamq; diu. & paulo poſt. Paulatim deinde ad ſuperos Aſtræa receſſit, Hac comite atq; duæ pariter fugere ſorores. primus omnium Scipio Africanus ſuperior, ſi Plinio credimus, eſt Cæſar appellatus cognomine, à cæſo matris vtero; Cæſar lingua punica Elephantum ſignificat. Feſtus ait cognomen eſſe Iuliorum à Cæſarie, quia cum cæſarie Iulius natus eſt, & ſcribit comatos dici poſſe cæſariatos. Ales Filius Maiæ) alæ Mercurio & cupidini tribuuntur, Mercurius n. planeta velociſſimus eſt, et eã de re Deorũ nuntius fingitur. Cupido alatus fertur, Amatores n. Puellarum animo & corpore ſunt velociſſimi, & modo huc modo illuc ſe proripiunt ſibi conſtare neſcientes, & multa meditantur quibus aſſequi poſſint, quod ardenter appetunt. ſuis carminibus argutiſſime illum depingit Propertius. Mercurius Iouis & Maiæ filius appellatur, qui, vt Apollodorus docet, carnes torrere, lyram & plectrum primus inuenit, vaticinandi artem ab Apolline didicit. Phurnutus inquit Gratiarum eſſe ducem; ſine manibus & pedibus fingitur forma quadrata, quare non iniuria Iuuenalis dixit. Truncoq; ſimillibus Hermæ. per hunc .n. eloquentiam

 accipimus,

accipimus, quæ nec pedibus nec manibus indiget. Ætate prouecti Mercurium erectis genitalibus figurabant, adoleſcentes remiſſioribus; indicabat hæc pictura homines ætate & moribus graues facilius perſuadere, & dicendo aliquid proficere, illos, quibus ætas nondum eſt matura, nullam dicendo fidem facere: lyræ inuentor nominatur, ad concordiam ſignificandam, quam elegans & ſententioſa oratio poteſt ſeditioſis perſuadere, & hac de cauſa ni fallor, fingit Horatius Auguſtũ eſſe Mercurium, prudentia cuius & flexanima, vt ita dixerim, oratione populus indigebat, vt extinguerentur diſcordiæ. Maia vt Hyginus recitat Atlãtis & Pleiones filia fuit, Cingius Vulcani dicit vxorem, argumentoq; vtitur, quòd flamen vulcanalis Calendis Maijs huic deæ rem diuinam facit. ſed Piſo vxorem Vulcani Maieſtam non maiam dici contendit, quidam, Teſte Macrobio, Maiam Mercurij Matrem maio menſi nomen dediſſe aſſerunt. quod hoc menſe mercatores maiæ pariter & mercurio ſacrificent. Cornelius labeo affirmat hanc eſſe terram, & Matrem Magnam in ſacris vocari, coliq; ſimul cum mercurio, quia vox naſcenti homini terræ contactu datur, quam ob rem Horatius Almam appellauit; nam Terra eſt, quæ nos alit; Hinc alma Ceres à Virgilio nuncupatur. Iuuenem.) Iuuenis erat Auguſtus, & Iuuenis fingitur mercurius, per quem ſolem, macrobio au-

ctore,

ctore intelligimus,qui perpetuò Iuuenis eſt. Iuuentus,vt Varro,eſt à trigeſimo anno ad quadrageſimum quintum. Serus in cælum redeas) tarde in cælum vnde ad nos deſcendiſti reuertaris. cælum proprie vnum eſt; ceteri globi, & orbes appellantur,& eſt illud cælum quod ceteros orbes ſuo principali motu rapit. Itaq; cælum in ſingulari tantum apud bonos auctores legitur, ſolus ex poetis Lucretius in ſecundo dixit cælos. Cælum) quod neq; leue,neq; graue eſſe tradit Ariſtoteles, ex ſimplici conſtat natura, hinc nulli obnoxium Corruptioni,quod ſuo complexu omnia coercet. vt ille dixit vetuſtiſſimus Poeta. dictum eſt ἀπὸ τοῦ κοίλου, quod ſit concauum,ſeu quod ſit cælatum et ſculptum ſideribus.seu à contrario dicitur, quòd apertum eſt, vt AElius Gallus monet per ae ſcribitur,Varro autem deducit à chao cauum & hinc cælum,& altitudine & pura ſimpliciq; natura, merito Deorum ſedes perhibetur, vt tradit Ariſtoteles primo libro de cælo. Diuq; Interſis Populo Quirini.) diu adſis Populo Romano à Quirino Oriundo,cuius curam ſuſcipis, & quem recte gubernas. Quirinus dictus eſt à curibus vrbe ſabinorum,vel ab haſta,quæ quiris lingua ſabina dicebatur. Ouidius, Siue quòd haſta quiris priſcis ſit dicta Sabinis. Bellicus à Telo venit in Aſtra Deus, Siue ſuo Regi nomen poſuere Quiri-

tes, ſeu quia Romanis iunxerat ille Cures. à Quirino Quirites alij, à curenſibus deduci putat varro. Ocyor aura) ocyor valdè velox non magis, aura ventus eſt tenuiſſimus, nam cum modica eſt exhalatio auram gignit, qua æſtiuo tẽpore ſpirante, calore defeſſi mortales relaxantur. Seneca inquit, auram ſurgere, cum ſol matutinum aera ſpiſſum & humidum ortu ſuo tenuat. vſurpatur pro fauore, vnde Seruius ſcribit fautores dictos eſſe aurarios. Legitur apud Liuium auræ popularis captator. Virgilius quoq; dixit. gaudet popularibus auris. Hic ames potius triumphos.) in terris potius gaudeas Triumphis, præſagit Auguſtum multorum populorum fore victorem, de Triumphis cuius meminit Suetonius. Tercentum & viginti Triumphos Romanorum extitiße vſq; ad Titum Imperatorem nonnulli teſtantur qui hanc rem diligenter explorauerũt, & ex his vnus eſt Alexander Neapolit. Triũphus vt Varro noſter prodit, à θριάμβῳ græco liberi patris cognomento dictus eſt. Aiunt Bacchum primũ omnium Triumphaße de Indis: neminem potuiße Triumphare, niſi qui Rem auxißet, & ſaltem quinq; hoſtium millia vna acie cæcidiſſet auctor eſt Valerius. De modo triumphandi multa Plutarchus in Pauli AEmilij vita; Triumphantes Ioui capitolino candidum Taurum auratis cornibus mactabant. Seruius in decimo AEneidos. Hic ames dici

r. Max. cap. 3. 33.

Pater) Rex enim beneuolus in ciues eſt, qualis Pater in filios. *Atq; Princeps.)* imperator, & coniunxit beneuolentiam cum principatu. *Nec ſinas medos equitare inultos.)* nec patiaris aſiæ populos, inter quos ſunt medi, & Parthi populi finitimi, Romanorum hoſtes acerrimi, apud quos Craſſus non ſine maximo Reip. detrimento perijt, uide Plutarchum. *Equitare.)* equorum dorſa prementes præliari, quod proprium eſt Parthorum. *inultos.)* impunitos, qui tantam Romanorum ſtragem ediderant. *Te duce.)* Te imperatore. Turpe enim eſſet & valde ignominioſum tanto Principe imperante & exercitum ducente Parthos non puniri. Medi enim Pro Parthis vſurpantur loci vicinitate. Media regio eſt, vt ſcribit Hecatæus, in aſia propè caſpias portas, à medo medeæ filio dicta, quam ſententiam probat etiam Stephanus.

Ode. III.

Ad Nauim, vt Virgilium incolumẽ vehat Athenas

Sic te Diua potens Cypri,
Sic fratres Helenæ Lucida ſidera,
Ventorumq; regat pater,

Obſtrictis alijs præter Iapyga,
Nauis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium, finibus Atticis
Reddas incolumem precor,
Et ſerues animæ dimidium meæ.
Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago Ratem
Primus, nec timuit præcipitũ Africũ
Decertantem Aquilonibus,

Vtitur figura proſopopæia nauim alloquens, quam precatur, vt Virgilium, qui cum magna ſibi interceſſit neceſſitudo, ad Atticam regionem Tutò vehat, precaturq; primum, vt Veneris & Geminorum felicia ſidera ei faueant, & Iapyx tantũ Ventus ſpiret, qui ſecundus eſt in Atticam nauigantibus, conuertens poſtea ſermonem, in illum inuehitur, qui primus nauim inuenit, et audacter ſe mari commiſit, neq; impetum ventorum metuens neq; ſidera procellas portendentia. Sic Diua potens cypri.) ſic particula optantis eſt, qua Poetæ vtuntur cum aliquid boni volunt ominari. Virg. ſic Pater ille Deum faciat ſic magnus apollo. Potens

lo. Potens cypri.) Venus quæ in cypro colitur Inſula fortunatiſſima. Regat te.) gubernet te, tui curam ſuſcipiat, tibi e cælo faueat ſidere ſuo, quod eſt, vt aiunt, nautis feliciſſimum, & de quo Hyginus ita loquitur. Quarta ſtella eſt Veneris lucifer nomine, & nonnulli Iunonis eſſe dixerunt, hunc eundem Heſperum appellari traditum eſt multis hiſtorijs. poſuit Hyginus Venerem ſub marte contra aliorum opinionem, & cauſam affert Eratoſthenes fabuloſam, nam Vulcanus cũ Vxorem Venerem duxiſſet, & propter eius obſeruationem marti illius copia non fieret, vt Veneris ſidus perſequeretur à Venere mars impetrauit; Hæc dea fingitur in cypro coli, de qua ſum ante nonnulla locutus, aut ob diuitias quibus inſula olim abundabat, aut διὰ τὴν κρύψιν ideſt propter occultationem, cui voci videtur aliquantulum congruere nomen cypri ut ſentit Phurnutus, qui vocat eius domicilium Paphon dictamq; Paphiã Venerẽ ſuſpicatur ἀπὸ τοῦ ἀποφίσκειν ideſt à decipiendo, habet enim ſecundum Heſiodũ riſus & fraudes, & ſecundum Homerum tecnas, quibus vel ſapientibus mentem eripit, vocatur cæleſtis & vniuerſalis; atq; omnium cauſa, quod & in terra & in mari eius potentia cognoſcatur, in quot etiam locis culta ſit docet Ouidius Et catullus. Sic fratris Helenæ lucida ſidera.) ſup

ple Regant, Caſtor & Pollux, qui fratres Helenæ dicuntur Ledæ & Iouis filij. nota eſt fabula, variant in hac re tamen ſcriptores, nam quidam dicunt Nemeſin compreſſam à Ioue in Cycnum cõuerſo ouum peperiſſe, quod poſtea mercurius in Ledæ gremium iecit, & ex eo natam eſſe Helenam ceteris mulieribus corporis ſpecie præſtantẽ, quam Leda ſuam filiam nominauit. Apollodorus libro tertio vocat Caſtorem & Pollucem Ledæ filios, qui dicti ſunt cognomento dios curi. Iouis pueri, hi cum aduerſus Athenienſes pugnaſſent, vt refert Arati interpres, & alter in pugna cecidiſſet, alter vero immortalitatem accepiſſet. vtrunq; Iupiter ad cælum extulit, & inter ſidera collocauit Geminosq; nominauit, qui ſalutares ſunt appellati, horum ſtellæ ita ſe habent vt occidente vna oriatur altera, Vnde Virg. Fratremq; alterna morte redemit. Nigidius dicit Caſtorem & Pollucem Tyndaridas Geminorum honore decoratos, quod mare totum prædonibus obſeſſum pacauerint, & quòd cum Iaſone & Hercule ad vellus aureum auferendum nauigantes fortiter & ſtrenuè ſe geſſerint. Itaq; cum fuiſſent à Ioue in altum elati, petierunt à Patre, vt ſibi liceret in eo cæli loco conſtitui, vnde mortalibus auxiliantes proſpicere poſſent, quod à Ioue libenter conceſſum eſt. Ventorumq; regat Pater) Pater ventorum AEolus, ventorum rex, Reges enim & patres & paſtores

ſtores appellantur, vt patet ex Homero. Rege te) Palæphatus ait. AEolum ventorum Regem fuiſſe appellatum fabuloſè, nam quis non videt fabulam ab Homero fuiſſe inuentam, illum dediſſe Vlyſſi ventos in vtre concluſos, veriſimile vtiq; eſt, AEolum Aſtrologum fuiſſe, qui Vlyſſi tempora prædixerit, quibus venti oriantur, traditur etiam habuiſſe Vrbem æreis moenibus circũſeptam, verum ſane fuit, armatos habuiſſe viros, quorum præſidio ciuitas cuſtodiebatur, vt Placidus tradit. Hyginus appellat Hellenis filium ad quem peruenit Vlyxes; Homeri interpres vbi poetæ carmen illud interpretatur.

Αἴολος ἱπποτάδης φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι

ita dicit, AEoli duo ſunt, hic Hippotæ Mimantis filius, alter Hellen qui Iouis filius fuit, de quo etiã Heſiodus meminit, vbi puto Hyginum memoriola vacillaſſe, nam diſſentit ab Homero. dicit enim Vlyſſem perueniſſe ad Hellenis filium, quod ſecundum Homerum falſum eſt, nã Hippotades AEolus Hippotæ nepos, vel filius fertur, ad quem ſe contulit Vlyſſes, ſed fabulæ confunduntur. Apollodorus loquitur de Hellenis filio, cuius verba hæc ſunt. Ἕλληνοσ καὶ νύμφησ ὀρσηΐδος δῶρος ξοῦτος αἴολος Hellenis & orſeidis Nymphæ filij Dorus, xutus, AEolus. Fuit etiam AEolus quidam Rex Tuſcorum, qui ex Amphitea filias ſex

ſuſcepit,& totidem mares, de quo Plutarchus in paralellis eoq; prior Soſtratus. Seruius ſcribit ex Varronis ſententia, AEolum ex conſurgentibus nebulis futuras tempeſtates prædixiſſe, & ea de-cauſa, ventorum Regem à rudibus appellatum, quod à Strabone quoq; proditum eſt. Ventus, vt putat Ariſt. eſt exhalatio. Hic duo principalia Ventorum genera ponit in politicis, Aquilonalia & Auſtralia; vẽti dicũtur Aſtræi & auroræ filij ab Heſiodo, quos quidã tãquam Deos olim coluerunt vt docet Orpheus, legimusq; Thurios Boreæ ſacrificium feciſſe, quod Dionyſii claſſem diſieciſſet. Obſtrictis alijs præter Iapyga.) precatur, vt alij venti in carcere detineantur, ſolusq; ſpiret Iapyx, qui propitius eſt euntibus in græciam, & qui dictus eſt ab Iapygibus populis vnde ſpirat, quorum Metropolis Vrbs eſt Barium, & nomen habuerũt, vt Euſtathius, ab Iapyge filio Dædali & Creſſæ, de his Strabo, Plinius, & alij, Lycophronis Interpres eoſdem eſſe cum Apulis & Calabris oſtendit, locorum enim vicinitate confunduntur. De his ita Dionyſius. φῦλατ' Ιηπύγων τετανυσμένα μεσφ' ὑρίοιο, *Rhemnius Fannius. vſq; Hyrij ſummam ſetendit Iapygis ora. Stephanus vero putat Iapygiã eſſe nomẽ duarũ Vrbiũ, quarũ altera ſit in Italia, altera in Illyria, in qua ſententia eo prior erat Hecatæus. Quæ tibi credi-*

tum

tum Finibus Atticis incolumem reddas) uehas fidei memor, tanquam debitum redditura. Finibus Atticis.) Atticæ regionis littoribus, ad quæ nauigantes appellunt, & certum eſt littora eſſe terræ fines. Et ſeiues animæ dimidium meæ) ſoſpitem conſerues Virgilium, qui eſt dimidium animæ meæ, fraterno .n. amore Poeta Virgilium complectebatur, nam, ut ait Cicero, In quibus eadem ſtudia ſunt eædem voluntates, in his efficitur, ut æquè quisq; altero delectetur ac ſeipſo, efficiturq: id quod Pythagoras vult in Amicitia; ut vnus fiat ex pluribus. qui enim, ut idem inquit, amicum intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur ſui, Amicitia vt tradit Salluſtius nil ſanè aliud eſt quam idemuelle & idem nolle; & Ariſtoteles in Ethicis, vbi plura de Amicitia diſputantur, dixit. φίλος ἕτερος αὐτὸς *Amicus alter ipſe; magna erat Amoris cõſpiratio magnusq; conſenſus inter Horatium & Virgilium, Proinde merito appellauit animæ dimidium ſuæ. Illi robur & æs triplex circa pectus erat.) ait illum ferè omnem exuiſſe humanitatem, & robore tripliciq; ære fuiſſe duriorem, qui prius nauem reperit, nam nefas videtur, homines, qui terram habent patentem tutam & ſtabilem, ſe perfido dubioq; mari committere, qui locus datus eſt a natura piſcibus, vnde Iuuenalis eleganter cecinit. I nunc & ventis animam committe dolato Confiſus li-*

gno, digitis à morte remotus quattuor, aut ſeptem, ſi ſit latiſſima Tæda: Seneca in Hercule furente; carbaſa ventis credidit dubius nauita vitæ. Et Columella. Rupto naturæ fœdere, terreſtre animal homo ventorũ & maris obiectus iræ, ſe fluctibus audeat credere. Qui autem primus nauigarit, magna eſt Scriptorũ diſſenſio. Apollonij interpres docet nauim longam fuiſſe illam omnium primam, quæ dicta eſt Argò à fabro vel à Phryxi filio, alij dicunt Danaum, cum eum frater AEgyptus perſequeretur, primum fabricaſſe nauim, quæ à nomine illius appellata eſt Danais. Tertullianus tradit Mineruam nauim ante omnes fuiſſe molitam, Tibullus autem ſic cecinit. Prima ratem ventis credere docta Tyros. Pomponius Mella ait Phœnicas maria adire docuiſſe. Quid de hac re ſentiat Plinius in Septimo, integrũ erit tibi uidere, ne illa congeram quæ paruo negotio poteris inuenire.

Illi robur & æs triplex) intellige maximam animi duritiẽ, robur .n. eſt ſpecies Quercus duriſſimæ, vt Plinius oſtendit, & uſurpatur metaphoricos pro fortitudine, vt cũ dicimus robur animi, robur corporis, hic in malã partẽ accipitur, nam, vt dixi, animi ſæuitiam, duritiem, & immanitatem notat, poſtea auget, cum dicat æs triplex. durum eſt robur, ſed multo durius æs, quodſi triplex fuerit, ita durum ut omnem ſuperet duritiem, & frangi non poſſit. AEs conflare & tẽperare, Ariſtoteles tradit Lydum

dum ſcythē mōſtraſſe, Theophraſtus Delā phrygē putat. Circa pectus.) circa cor quod intra pectus eſt & quod pro animo ponitur. Homerus.

Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσιν,

ſed meum nunquam animum in pectoribus. Qui fragilem truci commiſit pelago ratem.) qui commiſit ſæuo mari nauiculam, quæ facile frangi poteſt. ratibus enim vt alias dixi primi mortales nauigarunt, quod teſtatur etiam Hiſter Ethicus, qui Pyrrhonum inquit Magum Antiquiſſimum ratem primam in libya fabricaſſe. Pelago) mari, quod vt volūt propriè maris profundū ſignificat, nā Auctor Etymologicon ait, dictum eſſe pelagus à contrario. μὴ πέλας γῆς *ideſt non propè terram, vel quod ſit* τῆλε τῆς γῆς *procul à Terra. Ego autem dictionem eſſe poeticam puto, magisquam oratoriam. nunquam .n. Cicero aliiq; primi auctores qui diligenter latinitatem obſeruarunt, in ſoluta oratione vſi ſunt, dictamq; eſſe arbitror* ἀπὸ τοῦ πελάζειν *appropinquare, adire & pertingere, adit .n. mare ad terrā, appropinquat, & pertingit. Nec timuit præcipitem Africum, decertantem aquilonibus.) nec formidauit ventum ab Africa ſpirantem & cum ventis Aquilonalibus pugnantem & concurrentem, in maximo enim periculo nautæ verſantur,*

ſantur,

ſantur, quotieſcunq; contrarij venti concurrunt, neſciunt enim quo curſum dirigant. A meridie ſpirat Auſter, vt Plinius, & ab occaſu brumali Africus, noton & Liba nominant. A ſeptentrionibus, ſeptentrio, interq; eum & exortum ſolſtitialem Aquilo Aparctias dicti & boreas. Per Africum intellige hic Ventos a meridie ſpirantes, qui verè contrarij ſunt Aquilonibus, confundit Poeta Ventos locorum vicinitate.

Nec triſtes Hyadas, nec rabiem noti,
Quo non arbitrer Adriæ
Maior, tollere ſeu ponere vult freta:
Quem mortis timuit gradum
Qui ſiccis oculis monſtra natantia,
Qui vidit mare turgidum, &
Infames ſcopulos Acroceraunia?
Nequicquam Deus abſcidit
Prudens Oceano diſſociabili
Terras, ſi tamen Impiæ
Non tangēda rates tranſiliunt vada.
Audax omnia perpeti
Gēs humana ruit per vetitū nefas,

Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit,
Poſt ignem ætherea domo
Subductum, macies & noua febrium
Terris incubuit Cohors.

Nec triſtes hyadas.) repete timuit, ſtellas in fronte Tauri, quæ tempeſtatem portendunt. triſtes) triſtitiam afferentes; Hyadas Pherecydes Athenæus Liberi Patris nutrices fuiſſe ait, quæ cum à Lycurgo captiuitatem timerent Thebas fugerunt; ne à Iunone aliquid paterentur, Iupiter ad cælū eleuatas ſideribus honorauit, quas Hyadas appellauit, ὕειν pluere eſt, earum enim ortus pluuias concitat vel quia in modum y. litteræ poſitæ ſunt, Muſæus ait ab Hya fratres occiſo dictas, quem cum miſerabiliter deploraſſent, in ſtellas conuerſæ ſunt. Myrtilus autem putat quinq; filias Cadmi fuiſſe. Nec rabiem noti.) furorem Auſtri venti pluuialis. Quo non arbiter Adriæ) Quo vento nullus eſt ventus alius maior & potentior in perturbando, cum ſpirat, & pacando, cum reflat, mari Adriatico, quod dictum eſt ab Adria oppido, vt Hecatæus: ſed interdum Adria pro ipſo mari. Vnde prouerbium, ſurdior Adria. Plinius autumat Atriam Tuſcorum oppidum eſſe vnde Atria-

ticum mare appellabatur, quod nunc Adriaticum. Liuius deducit ab Adria Tuſcorum Colonia. Arbiter, plerunq; pro eo qui rei alicuius poteſtatem habet, vt cæli Arbiter, interdum, vt ſcribit Feſtus, dicitur Iudex, quòd totius rei habeat arbitriū & facultatem. Quem mortis timuit gradum.) efferatum hominem fuiße ait illum, qui primus marinum iter tentare cæpit. nam neq; ſurgentes fluctus timuit, quibus plerunq; naues immerguntur, neq; loca ſcopuloſa, quibus illiſæ illæ franguntur. Quem mortis timuit gradum?) quaſi dica nullum. nam qui pati poteſt maris procellas, & aſpectu tot monſtrorum non commouetur, nullum vitæ periculum adeo magnū eſt, quod ille formidet; dixit. gradum mortis. nam ſunt leuiora & grauiora mortis genera, quibus ſontes affici ſolent gradus enim conſiderantur in vnaquaq; re, quæ poteſt augeri & diminui. Ouid. Per numeros veniunt iſta gradusq; ſuos. Mors aut ex natura aut ex ui, ex natura duplex aut tempeſtiua aut intempeſtiua, qui maturo tempore moritur tempeſtiue moritur qui præmaturo intempeſtiuè, ex vi quæ ſolet afferri aut ab animatis, aut caſu quodam ab inanimatis, a Platone definitur.

λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος

Solutio & animæ diſiunctio à corpore, Lactantius verè docet ſecundum ſacras litteras ex peccato

Hanc

primi parentis hominibus contigiſſe. ſi nunquam .n. primus homo peccaſſet, nunquam interijſſet, poſteriq; potuiſſent eadem frui immortalitate. Hanc rem ſcitè diſputat Gregorius Nyſſenus Libro de natura hominis, nec phyſicã Lactantius præter mittit rationem ubi dicit ex intemperie humoris & caloris mortem naſci. quandiu .n. ineſt nobis illa temperies, quæ valetudinẽ tuetur, bene viuimus, & nullo morbo laboramus, ſiquid vero cæperit aut deficere aut exuperare, ſtatim ægrotamus, vt Ariſtoteles ille rerum omnium peritiſſimus primo problemate docet, quare non iniuria ſanitatem dixit eſſe mediocritatem; mors à mordendo dicta eſt, ſeu potius græca eſt dictio moros. Heſiodus fingit eſſe noctis filiam, Plutarchus ait illi fuiſſe templum à Lacedæmonijs dicatum, & Aelianus in varia hiſtoria à Gaditanis, ijsq; prior Statius ita cecinit. Stygijs emerſa tenebris Mors fruitur cælo bellatoremq; volãdo campũ operit nigroq; viros inuitat hiatu. extat εἰς θάνατον hymnus apud Orpheum. Qui ſiccis oculis monſtra natantia) vel per monſtra natantia intelligimus naues ipſas, quæ tanquam monſtra quæ ſunt præter naturam per mare natant, vnde non iniuria ille Poeta finxit paſtorem, cum primum ex alta ſpecula nauim mare ſulcantem vidiſſet, putaſſe monſtrum aliquod eſſe, vel intellige piſces marinos monſtroſæ magnitudinis, quales priſtes &

iæ vitare ſolent. Nequicquam Deus abſcidit,) cum homines perdita quadam audacia, quibus terræ datæ ſunt a natura, mare etiam occuparint, Deus videtur nequicquam tellurem à mari abſcidiſſe & deſiunxiſſe, habita ratione dementiæ hominum, non ipſius Dei quem nunquam rei alicuius pœnitet; Elementa enim, vt Heſiodus ait, confuſa prius erant, & chaos dicebatur, quæ moles rudis & indigeſta vocatur ab Ouidio, Tandem Deus diſtinxit omnia, & ſuis in locis elementa collocauit, vnde apparuit illa diuina mundi diſpoſitio, vt certus ſit rerum ordo, leuia in ſublime ferantur, grauia deorſum vergant. Poeta noſter hoc dicit ad maius opprobrium humani generis, quod neſcijt ſe intra terminos a natura circumſcriptos continere, ſuiq; limitis oblitum, alterum elementum frequentare audacter, & dei legem frangere voluit, quæ dat cuiq; ſuum. Deus prudens) cui cuncta patent, qui ſolus futura callet, qui prudenter mundum diſpoſuit, & vnicuiq; animanti propriam facultatem tribuit. Nequicquam) fruſtra, quoniam mortales diuinum ordinem contemnunt. Abſcidit.) deſiunxit; Terras) per quas illas terræ partes intelligimus, quæ ſuper eminent & à nobis habitantur, nam terra in ſingulari totum elementum ſignificat, & huius profundæ partes non ſunt à mari diſiunctæ. quare attendendum eſt, cur terras potius quam terram dixerit. Oceano

ple Regant, Caſtor & Pollux, qui fratres Helenæ dicuntur Ledæ & Iouis filij. nota eſt fabula, variant in hac re tamen ſcriptores, nam quidam dicunt Nemeſin compreſſam à Ioue in Cycnum conuerſo ouum peperiſſe, quod poſtea mercurius in Ledæ gremium iecit, & ex eo natam eſſe Helenam ceteris mulieribus corporis ſpecie præſtantē, quam Leda ſuam filiam nominauit. Apollodorus libro tertio vocat Caſtorem & Pollucem Ledæ filios, qui dicti ſunt cognomento dios curi. Iouis pueri, hi cum aduerſus Athenienſes pugnaſſent, vt refert Arati interpres, & alter in pugna cecidiſſet, alter vero immortalitatem accepiſſet. vtrunq; Iupiter ad cælum extulit, & inter ſidera collocauit Geminosq; nominauit, qui ſalutares ſunt appellati, horum ſtellæ ita ſe habent vt occidente vna oriatur altera, Vnde Virg. Fratremq; alterna morte redemit. Nigidius dicit Caſtorem & Pollucem Tyndaridas Geminorum honore decoratos, quod mare totum prædonibus obſeſſum pacauerint, & quòd cum Iaſone & Hercule ad vellus aureum auferendum nauigantes fortiter & ſtrenuè ſe geſſerint. Itaq; cum fuiſſent à Ioue in altum elati, petierunt à Patre, vt ſibi liceret in eo cæli loco conſtitui, vnde mortalibus auxiliantes proſpicere poſſent, quod à Ioue libenter conceſſum eſt. Ventorumq; regat Pater) Pater ventorum AEolus, ventorum rex, Reges enim & patres & paſtores

ſtores appellantur, vt patet ex Homero. Regat te) Palæphatus ait. *AEolum ventorum Regem fuiſſe appellatum fabuloſè, nam quis non videt fabulam ab Homero fuiſſe inuentam, illum dediſſe Vlyſſi ventos in vtre concluſos, veriſimile vtiq; eſt, AEolum Aſtrologum fuiſſe, qui Vlyſſi tempora prædixerit, quibus venti oriantur, traditur etiam habuiſſe Vrbem æreis moenibus circũſeptam, verum ſane fuit, armatos habuiſſe viros, quorum præſidio ciuitas cuſtodiebatur, vt Placidus tradit. Hyginus appellat Hellenis filium ad quem peruenit Vlyxes; Homeri interpres vbi poetæ carmen illud interpretatur.*

Αἴολος ἱπποτάδης φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι

ita dicit, AEoli duo ſunt, hic Hippotæ Mimantis filius, alter Hellen qui Iouis filius fuit, de quo etiã Heſiodus meminit, vbi puto Hyginum memoriola vacillaſſe, nam diſſentit ab Homero. dicit enim Vlyſſem perueniſſe ad Hellenis filium, quod ſecundum Homerum falſum eſt, nã Hippotades AEolus Hippotæ nepos, vel filius fertur, ad quem ſe contulit Vlyſſes, ſed fabulæ confunduntur. Apollodorus loquitur de Hellenis filio, cuius verba hæc ſunt. Ἕλληνος καὶ νύμφης ὀρσηΐδος Δῶρος ξοῦτος αἴολος *Hellenis & orſeidis Nymphæ filij Dorus, xutus, AEolus. Fuit etiam AEolus quidam Rex Tuſcorum, qui ex Amphitea filias ſex*

ſuſcepit,& totidem mares, de quo Plutarchus in paralellis eoq; prior Soſtratus. Seruius ſcribit ex Varronis ſententia, AEolum ex conſurgentibus nebulis futuras tempeſtates prædixiſſe, & ea de cauſa, ventorum Regem à rudibus appellatum, quod à Strabone quoq; proditum eſt. Ventus, vt putat Ariſt. eſt exhalatio. Hic duo principalia Ventorum genera ponit in politicis, Aquilonalia & Auſtralia; vēti dicūtur Aſtræi & auroræ filij ab Heſiodo, quos quidā tāquam Deos olim coluerunt vt docet Orpheus, legimusq; Thurios Boreæ ſacrificium feciſſe, quod Dionyſii claſſem diſieciſſet. Obſtrictis alijs præter Iapyga.) precatur, vt alij venti in carcere detineantur, ſolusq; ſpiret Iapyx, qui propitius eſt euntibus in græciam, & qui dictus eſt ab Iapygibus populis vnde ſpirat, quorum Metropolis Vrbs eſt Barium, & nomen habuerūt, vt Euſtathius, ab Iapyge filio Dædali & Creſſæ, de his Strabo, Plinius, & alij, Lycophronis Interpres eosdem eſſe cum Apulis & Calabris oſtendit, locorum enim vicinitate confunduntur. De his ita Dionyſius. φῦλα τ' Ἰηπύγων τετανυσμένα μεσφ' ὑριοιο, *Rhemnius Fannius. vſq; Hyrij ſummam ſetendit Iapygis ora. Stephanus vero putat Iapygiā eſſe nomē duarū Vrbiū, quarū altera ſit in Italia, altera in Illyria, in qua ſententia eo prior erat Hecatæus. Quæ tibi creditum*

tum Finibus Atticis incolumem reddas) uebas fidei memor, tanquam debitum reddiura. Finibus Atticis.) Atticæ regionis littoribus, ad quæ nauigantes appellunt, & certum eſt littora eſſe terræ fines. Et ſeiues animæ dimidium meæ) ſoſpitem conſerues Virgilium, qui eſt dimidium animæ meæ, fraterno .n. amore Poeta Virgilium complectebatur, nam, ut ait Cicero, In quibus eadem ſtudia ſunt eædem voluntates, in his efficitur, ut æquè quisq; altero delectetur ac ſeipſo, efficiturq: id quod Pythagoras vult in Amicitia; ut vnus fiat ex pluribus. qui enim, ut idem inquit, amicum intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur ſui, Amicitia vt tradit Salluſtius nil ſanè aliud eſt quàm idemuelle & idem nolle; & Ariſtoteles in Ethicis, vbi plura de Amicitia diſputantur, dixit. φίλοσ ἕτερος αὐτὸσ *Amicus alter ipſe; magna erat Amoris cõſpiratio magnusq; conſenſus inter Horatium & Virgilium, Proinde merito appellauit animæ dimidium ſuæ. Illi robur & æs triplex circa pectus erat.) ait illum ferè omnem exuiſſe humanitatem, & robore tripliciq; ære fuiſſe duriorem, qui prius nauem reperit, nam nefas videtur, homines, qui terram habent patentem tutam & ſtabilem, ſe perfido dubioq; mari committere, qui locus datus eſt a natura piſcibus, vnde Iuuenalis eleganter cecinit. I nunc & ventis animam committe dolato Confiſus li-*

gno, digitis â morte remotus quattuor, aut ſeptem, ſi ſit latiſſima Tæda: Seneca in Hercule furente; carbaſa ventis credidit dubius nauita vitæ. Et Columella. Rupto naturæ fœdere, terreſtre animal homo ventorũ & maris obiectus iræ, ſe fluctibus audeat credere. Qui autem primus nauigarit, magna eſt Scriptorũ diſſenſio. Apollonij interpres docet nauim longam fuiſſe illam omnium primam, quæ dicta eſt Argò à fabro vel à Phryxi filio, alij dicunt Danaum, cum eum frater AEgyptus perſequeretur, primum fabricaſſe nauim, quæ à nomine illius appellata eſt Danais. Tertullianus tradit Mineruam nauim ante omnes fuiſſe molitam, Tibullus autem ſic cecinit. Prima ratem ventis credere docta Tyros. Pomponius Mella ait Phœnicas maria adire docuiſſe. Quid de hac re ſentiat Plinius in Septimo, integrũ erit tibi uidere, ne illa congeram quæ paruo negotio poteris inuenire.

Illi robur & æs triplex) intellige maximam animi duritiẽ, robur .n. eſt ſpecies Quercus duriſſimæ, vt Plinius oſtendit, & uſurpatur metaphoricos pro fortitudine, vt cũ dicimus robur animi, robur corporis, hic in malã partẽ accipitur, nam, vt dixi, animi ſæuitiam, duritiem, & immanitatem notat, poſtea auget, cum dicat æs triplex. durum eſt robur, ſed multo durius æs, quodſi triplex fuerit, ita durum ut omnem ſuperet duritiem, & frangi non poſſit. AEs conflare & tẽperare, Ariſtoteles tradit Ly

dum

dum ſcythē mōſtraſſe, Theophraſtus Delā phrygē putat. Circa pectus.) circa cor quod intra pectus eſt & quod pro animo ponitur. Homerus.

Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ ςήθεσιν,

ſed meum nunquam animum in pectoribus. Qui fragilem truci commiſit pelago ratem.) qui commiſit ſæuo mari nauiculam, quæ facile frangi poteſt. ratibus enim vt alias dixi primi mortales nauigarunt, quod teſtatur etiam Hiſter Ethicus, qui Pyrrhonum inquit Magum Antiquiſſimum ratem primam in libya fabricaſſe. Pelago) mari, quod vt volūt propriè maris profundū ſignificat, nā Auctor Etymologicon ait, dictum eſſe pelagus à contrario. μὴ πέλας γῆς *idest non propè terram, vel quod ſit* τῆλε τῆς γῆς *procul à Terra. Ego autem dictionem eſſe poeticam puto magisquam oratoriam. nunquam .n. Cicero aliiq; primi auctores qui diligenter latinitatem obſeruarunt, in ſoluta oratione vſi ſunt, dictamq; eſſe arbitror* ἀπὸ τοῦ πελάζειν *appropinquare, adire & pertingere, adit.n. mare ad terrā, appropinquat, & pertingit. Nec timuit præcipitem Africum, decertantem aquilonibus.) nec formidauit ventum ab Africa ſpirantem & cum ventis Aquilonalibus pugnantem & concurrentem, in maximo enim periculo nautæ verſantur,*

ſantur,

ſantur, quotieſcunq; contrarij venti concurrunt, neſciunt enim quo curſum dirigant. A meridie ſpirat Auſter, vt Plinius, & ab occaſu brumali Africus, noton & Liba nominant. A ſeptentrionibus, ſeptentrio, interq; eum & exortum ſolſtitialem Aquilo Aparctias dicti & boreas. Per Africum intellige hic Ventos a meridie ſpirantes, qui verè contrarij ſunt Aquilonibus, confundit Poeta Ventos locorum vicinitate.

Nec triſtes Hyadas, nec rabiem noti,
Quo non arbitrer Adriæ
Maior, tollere ſeu ponere vult freta:
Quem mortis timuit gradum
Qui ſiccis oculis monſtra natantia,
Qui vidit mare turgidum, &
Infames ſcopulos Acroceraunia?
Nequicquam Deus abſcidit
Prudens Oceano diſſociabili
Terras, ſi tamen Impiæ
Non tangēda rates tranſiliunt vada.
Audax omnia perpeti
Gēs humana ruit per vetitū nefas,

Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit,
Poſt ignem ætherea domo
Subductum, macies & noua febrium
Terris incubuit Cohors.

Nec triſtes hyadas.) repete timuit, ſtellas in fronte Tauri, quæ tempeſtatem portendunt. triſtes) triſtitiam afferentes; Hyadas Pherecydes Athenæus Liberi Patris nutrices fuiſſe ait, quæ cum à lycurgo captiuitatem timerent Thebas fugerunt; ne à Iunone aliquid paterentur, Iupiter ad cælū elatas ſideribus honorauit, quas Hyadas appellauit, ὕειν pluere eſt, earum enim ortus pluuias concitat vel quia in modum y. litteræ poſitæ ſunt, Muſæus ait ab Hya fratres occiſo dictas, quem cum miſerabiliter deploraſſent, in ſtellas conuerſæ ſunt. Myrtilus autem putat quinq; filias Cadmi fuiſſe. Nec rabiem noti.) furorem Auſtri venti pluuialis. Quo non arbiter Adriæ) Quo vento nullus eſt ventus alius maior & potentior in perturbando, cum ſpirat, & pacando, cum reflat, mari Adriatico, quod dictum eſt ab Adria oppido, vt Hecatæus: ſed interdum Adria pro ipſo mari. Vnde prouerbium, ſurdior Adria. Plinius autumat Atriam Tuſcorum oppidum eſſe vnde Atria-

ticum mare appellabatur, quod nunc Adriaticum. Liuius deducit ab Adria Tuſcorum Colonia. Arbiter, plerunq; pro eo qui rei alicuius poteſtatem habet, vt cæli Arbiter, interdum, vt ſcribit Feſtus, dicitur Iudex, quòd totius rei habeat arbitriũ & facultatem. Quem mortis timuit gradum.) efferatum hominem fuiſſe ait illum, qui primus marinum iter tentare cœpit. nam neq; ſurgentes fluctus timuit, quibus plerunq; naues immerguntur, neq; loca ſcopuloſa, quibus illiſæ illæ franguntur. Quem mortis timuit gradum?) quaſi dica nullum. nam qui pati poteſt maris procellas, & aſpectu tot monſtrorum non commouetur, nullum vitæ periculum adeo magnũ eſt, quod ille formidet; dixit. gradum mortis. nam ſunt leuiora & grauiora mortis genera, quibus ſontes affici ſolent gradus enim conſiderantur in vnaquaq; re, quæ poteſt augeri & diminui. Ouid. Per numeros veniunt iſta gradusq; ſuos. Mors aut ex natura aut ex ui, ex natura duplex aut tempeſtiua aut intempeſtiua, qui maturo tempore moritur tempeſtiue moritur qui præmaturo intempeſtiuè, ex vi quæ ſolet afferri aut ab animatis, aut caſu quodam ab inanimatis, a Platone definitur.

λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος

Solutio & animæ diſiunctio à corpore, Lactantius verè docet ſecundum ſacras litteras ex peccato

Hanc

primi parentis hominibus contigiſſe. ſi nunquam .n. primus homo peccaſſet, nunquam interiſſet, poſteriq; potuiſſent eadem frui immortalitate. Hanc rem ſcitè diſputat Gregorius Nyſſenus Libro de natura hominis, nec phyſicā Lactantius prætermittit rationem ubi dicit ex intemperie humoris & caloris mortem naſci. quandiu .n. ineſt nobis illa temperies, quæ valetudinē tuetur, bene viuimus, & nullo morbo laboramus, ſiquid vero cœperit aut deficere aut exuperare, ſtatim ægrotamus, vt Ariſtoteles ille rerum omnium peritiſſimus primo problemate docet, quare non iniuria ſanitatem dixit eſſe mediocritatem; mors à moriendo dicta eſt, ſeu potius græca eſt dictio moros. Heſiodus fingit eſſe noctis filiam, Plutarchus ait illi fuiſſe templum à Lacedæmonijs dicatum, & Aelianus in varia hiſtoria à Gaditanis, iiſq; prior Statius ita cecinit. Stygijs emerſa tenebris Mors fruitur cælo bellatoremq; volādo campū operit nigroq; viros inuitat hiatu. extat εἰς θάνατον hymnus apud Orpheūm. Qui ſiccis oculis monſtra natantia) vel per monſtra natantia intelligimus naues ipſas, quæ tanquam monſtra quæ ſunt præter naturam per mare natant, vnde non iniuria ille Poeta finxit paſtorem, cum primum ex alta ſpecula nauim mare ſulcantem vidiſſet, putaſſe monſtrum aliquod eſſe, vel intellige piſces marinos monſtroſæ magnitudinis, quales priſtes &

tæ vitare ſolent. Nequicquam Deus abſcidit,) cum homines perdita quadam audacia, quibus terræ datæ ſunt a natura, mare etiam occuparint, Deus videtur nequicquam tellurem à mari abſcidiſſe & deſiunxiſſe, habita ratione dementiæ hominum, non ipſius Dei quem nunquam rei alicuius pœnitet; Elementa enim, vt Heſiodus ait, confuſa prius erant, & chaos dicebatur, quæ moles rudis & indigeſta vocatur ab Ouidio, Tandem Deus diſtinxit omnia, & ſuis in locis elementa collocauit, vnde apparuit illa diuina mundi diſpoſitio, vt certus ſit rerum ordo, leuia in ſublime ferantur, grauia deorſum vergant. Poeta noſter hoc dicit ad maius opprobrium humani generis, quod neſcijt ſe intra terminos a natura circumſcriptos continere, ſuiq: limitis oblitum, alterum elementum frequentare audacter, & dei legem frangere voluit, quæ dat cuiq; ſuum. Deus prudens) cui cuncta patent, qui ſolus futura callet, qui prudenter mundum diſpoſuit, & vnicuiq: animanti propriam facultatem tribuit. Nequicquam) fruſtra, quoniam mortales diuinum ordinem contemnunt. Abſcidit.) deſiunxit; Terras) per quas illas terræ partes intelligimus, quæ ſuper eminent & à nobis habitantur, nam terra in ſingulari totum elementum ſignificat, & huius profundæ partes non ſunt à mari diſiunctæ. quare attendendum eſt, cur terras potius quam terram dixerit. Oceano

diſſociabili) mari non idoneo ad ſocietatem hominum. Oceanus totam ambit Terram tanquam inſulam, vt ait Dionyſius, & Rhemnius Fannius. late refluum memorare parabo Oceanum, Tellus quo cingitur æquore tota, Inſula ceu ſeſe diffundens littore vaſto, & reliqua. Oceanus dictus eſt à velocitate, quæ ὠκύτης à græcis fertur, Deus maris appellatur, cœli & terræ filius ab Heſiodo. Apollodorus, quem ab hinc paucis annis in lucem edidit ac latinè reddidit Aegius Spoletinus non minus probus quàm doctus, oceanũ Tethyos maritum appellat, ex qua ſuſcepta ſunt tria millia Oceanidum, quas nonnulli addita ſyllaba Oceanitidas appellant, Virgilij imitatione, Clioq; & Beroe ſoror Oceanitides ambæ, Pindarus appellauit auras oceanidas. Si tamen impiæ non tangenda rates tranſiliunt uada) fruſtra Deus mare à terris diſiunxit, ſi mortales tot nauigiorum genera conſcendentes, diuini ordinis obliti maria transmittunt. Si tamen) ſi nihilominus. Rates impiæ)naues quas homines impij & diuinæ legis contemptores ſibi fabricarunt, Tranſiliunt) traijciunt, Vada non tangenda)maria, quæ tangi non deberent ab hominibus. Vadum proprie locus eſt in flumine qui tranſiri poteſt, vſurpatur ſæpe a poetis pro mari, præſertim in plurali, Liuius. Pontem, quia vado nusquam tranſitus erat, facere conſtituit. pro mari Catullus. Auſi ſunt vada ſalſa cita

decurrere

decurrere puppi.) Audax omnia perpeti gens humana ruit per vetitum nefas.) genus humanum quod omnem amiſit pudorem, non colens pietatem, modeſtiæ fines tranſiliens, & iure ſuo viuens, violentum iter habet per ea loca, quæ Deus prohibuit. Gens humana.) quæ ex humo conſtat & naturā debet suam conſiderare. Audax omnia perpeti.) quæ præcipiti audacia ducitur, & ſine ratione & recto conſilio tot vitæ pericula ſubit. Ruit.) præceps agitur; Per vetitum nefas) per ſcelus & nefarium flagitium, quod diuinis legibus vetitum eſt, hæc verba poſſunt generatim dicta intelligi, cū in vnumquodq; ſceleris genus mortales temere labantur, vel per vetitum nefas intelligenda eſt nauigatio, quæ naturæ humanæ diuinoq; ordini repugnat. Audax iapeti genus.) de Promethei fabula Aeschylus tragædiam compoſuit, Lucianus etiam meminit, & apud latinos Hyginus, qui non inconcinne ſcripſit; quemadmodum Prometheus Iapeti filius, ignem, quem homines à Dijs petebant, Ferula detulit in terras, hominibusq; monſtrauit, quomodo cinere obrutum ſeruarent, Quamobrem Mercurius Iouis iuſſu deligauit eum in monte Caucaſo ad ſaxum clauis ferreis, & Aquilam, quā Apollodorus Typhonis et Echidnæ filiam vocat, appoſuit, quæ cor ei exeſſet, quantum die ederat, tantum nocte creſcebat. Hanc Aquilam triginta poſt annos Hercules interfecit,

f 3 *eumq;*

hinc ſenſim corpus extenuatur et fit macilentũ, vt Plauti vtar vocabulo, Columella refert graue eſſe illam perniciem, cũ pulmones exulcerantur, inde Tuſſis & macies. Et noua febrium terris incubuit cohors.) .i. recens febrium multitudo, quæ nunquã alias fuit. incubuit terris) in terras irruit & illas occupauit, cohors proprie militum, metaphoricos pro vario febrium genere; febris, quæ dicta eſt, vt Seruius docet, à ferueo, eſt, vt medici aiunt, calor natiuus in igneum verſus, cuius variæ ſunt ſpecies, vt Hippocrates & Galenus teſtantur, & fere innumerabiles, ſed hæ ſunt, de quibus medici frequentius loquuntur, quotidiana, Epialus, quam appellant lentam, nam græcè ἤπιαλος *dicitur* παρὰ τὸ ἠπίως ἀλεαίνω. *i. leuiter caleo, putris, continua, Acuta, Ecthica, Tertiana, Quartana. de quibus omnibus particulatim & diſtinctè Celſus non pauca.*

Semotiq; prius tarda neceſſitas
Lethi corripuit gradum.
Expertus vacuum Dædalus aëra
Pennis non homini datis,
Perrupit Acherõta Herculeus labor,
Nil mortalibus arduum eſt,
Cælum ipſum petimus ſtultitia, neq;

Per noſtrum patimur ſcelus
Iracunda Iouem ponere fulmina.

Semotiq; prius) *concitato Iouis odio, & hominibus in peius ruentibus, facta eſt vita breuior, nam quid non tentatum eſt; Dædalus ſibi alas conglutinauit, & auſus eſt tanquam auis per aëra volare: Hercules ad inferos deſcendit, eoq; ventum eſt, vt temerarij Titanes ad cælum ipſum aſcendere voluerint, & ex eo Iouem deturbare, ſed meritas luerunt pœnas. noſtra igitur factum eſt improbitate, vt Iupiter nunquam deſinat fulmina torquere, varijsq; malorum generibus mortale genus affictare. Neceſſitas lethi.*) *Mors ipſa quæ neceſſe eſt, vt veniat, illud .n. eſt neceſſarium quod euitari non poteſt, vnde Platonici dixerunt neceſſitatem eſſe Deam, quæ nil aliud eſt, quàm ius illa Fati. doctiſſimus Macrobius ait, hæc numina rebus humanis præeſſe, Lunam, Amorem, Dæmonem, qui deus eſt rerum omnium præſes, & Neceſſitatem. Quis eſt, qui tandem non ſit moriturus? orta occidunt & aucta ſeneſcunt, vt ait Salluſtius, & eodem auctore Horatio. debemur Morti nos noſtraq;. ſed quod fertur de breuitate vitæ, quæ prius longior erat, ſacrarum litterarum lectione probatur, recenti .n. mundo, mortales erant vitæ multo longioris & ſtaturæ magis proceræ, vt verum ſit illud quod à Iuuenale ſcribitur. Terra*

malos homines nunc educat atq; puſillos. Tarda) non ita cito nos aggrediens, Lethi ſemoti prius) mortis, quæ prius ſemota erat & procul à nobis. Corripuit gradum.) accelerauit gradum, quàm primum ad nos irruit; Dædalus) huius fabulam apud græcos ſcribit Palæphatus, Apollodorus & Diodorus. Apud latinos Hyginus. Vide etiam Seruium in ſextum Aeneidos, fuit Dædalus Euphemi, vt alij, Eupalami filius, qui doctus eſt artem fabricandi à Minerua, & qui Perdicem, quem Talum Apollodorus appellat, ſororis ſuæ filium, propter artificij inuidiam, quòd is primum ſerram inuenerat, è ſummo tecto deiecit: ob id ſcelus, eie ctus eſt ab Athenienſibus in exilium, & in Cretam Ad Regem Minoem venit, à quo in carcerem con iectus eſt, quòd cauſa fuit, vt Paſiphae vxor cũ Tauro coiret & Minotaurum pareret, tandem Pa ſiphaes auxilio vinculis liberatus eſt, ſibiq; alas & Icaro filio fecit & accommodauit, & inde auolarunt. Icarus altius volans, cera à ſole lique facta, decidit in mare; quod ex eo dictum eſt Ica rium; Dædalus ad Regem Cocalum in Siciliam in ſulam peruenit, alij dicunt poſt interfectum Minotaurum à Theſeo, fuiſſe in patriam reductum. Expertus vacuum aera) qui tentauit iter per aerem, quem vacuum Poetæ vocant. Vt Ouid. Omne ſolum forti Patria eſt vt piſcibus æquor, Vt volucri vacuo quicquid in orbe patet. Aër .n. ele-

accolæ Acheruſium vocant & eò cerberum ait ab Hercule perductum fuiſſe, & bilim euomuiſſe, ex qua factum eſt aconitum venenum. In terra Mariandynorum idem Apollonij interpres ait decliuem quandam viam eſſe, tanquam ad Acherontem Inferorum fluuium, hinc defluit Acheron, de quo diximus, qui ad imam vallem deſcendit, & fabulæ locum dedit. Strabo & Iuſtinus loquuntur de Acheronte, qui eſt in Epiro, et in Bruttia regione, et apud quem interfectus eſt Alexander Epirotarum Rex dodonæo deceptus oraculo. Nil mortalibus arduum eſt.) adeo creuit hominum audacia, vt ea ſibi proponant, quæ humanas ſuperant vires. Nil arduum) nil difficile, quandoq; altum et ſublime dicitur, vnde ardua terrarũ apud Virg. 5 Aene. & pro animoſo & ardenti Virg. lib. 9. campo ſeſe arduus infert. Cælum ipſum petimus Stultitia.) amentia quadam & vecordia, loca etiam cæleſtia tentamus, quæ interuallo propemodum infinito à nobis diſtant, quod refertur ad illos, qui audent de cæleſtibus loqui tanquam de terreſtribus, nec illud Socraticum recordantur, quod ſupra nos nihil ad nos, quare non iniuria deriſus eſt ille ab Anicula, qui cum cælum contemplaretur, in foueam cecidit, vel refertur hoc ad Titanas qui, vt eſt in fabulis, ſtultitia quadam ducti, ſuisq; freti viribus, vt qui centum haberẽt manus, montes montibus imponebant, vt ad cælum aſce-

derent

derent, ex eoq; Iouem deturbarent, à quo tandem fulminibus percuſſi ad inferos detruſi ſunt, Apollodorus & Diodorus accuratè rẽ ſcripſerunt: Virg. Ter ſunt conati imponere Pelio oſſan, ſcilicet atq; oſſæ frondoſum inuoluere olympum, Ter Pater extructos diſiecit fulmine montes. Neq; per noſtrum ſcelus) tanta ſunt noſtra ſcelera, vt nunquam deſinat Iupiter nobis merito iraſcens ſua mittere fulmina, Seneca in Quæſtionibus tradit, à Ioue fulmina mitti, & tres illi manubias dari, Prima (vt aiunt) monet & placata eſt, & ipſius conſilio Iouis mittitur, ſecundam mittit quidem Iupiter, ſed ex conſilij ſententia, xij. n. deos aduocat, quæ prodeſt quidem ſed non impune, Tertiam manubiam idem Iupiter mittit, ſed adhibitis in conſilium dijs, quos ſuperiores & inuolutos vocant, quæ vaſtat & includit & iniquè mutat ſtatum priuatum, & publicum, quem inuenit, Per manubias apud Senecam non intelligo prædas Imperatorum, ſed fulminum iactus, quæ ſua manu Iupiter torquebat, Seneca vſurpauit manubiam in ſingulari contra vſum aliorum, nam de iactu locutus eſt. Tria fulminum genera eſſe ait Cæcina conſiliarium, auctoritatis, & quod ſtatus dicitur, conſiliarium ante rem fit, Auctoritatis poſt rem factam: ſtatus eſt, vbi quietis nec agentibus quicquam fulmen interuenit. Per fulmina ἀλληγορικῶς varias intelligimus calamitates,

variosq;

variosq; caſus, quibus homines merito propter ſua peccata puniuntur, quare Cicero verè dixit; Scio nos noſtris peccatis in has ærumnas incidiſſe hic ſenſus mihi non diſplicet, quamuis apud Ciceronem per peccata poſſimus errores intelligere, qui ſunt in Rep. adminiſtranda commiſſi, Sacræq; litteræ docent, propter peccata ſæpe hominibus aduerſa contingere, quod multis probari poterit exemplis alte repetitis, propter varia ſcelerum genera Tellus eſt aquis obruta, genus humanum interijt, propter nefandum vitium, Sodomam & Gomorram Deus male multauit. Plato etiam fingit in conuiuio, quod non ſine allegorica (vt ita loquar) interpretatione eſt intelligendum, Androgynos, qui ex mari & femina conſtabant, ſuis facinoribus iuſſu Iouis fuiſſe diſſectos. & vt omittam Hieroſolyma, Athenas, Lacedæmona & Thebas, ad Romam ipſam Terrarum Olim dominam oculos conijcio; quot excidia, incendia, & miſerabiles ærumnas paſſa eſt, ſuis flagitijs & religionis contemptu? Deus faxit, vt grauiora non accidant, Deus inquam faxit, vt ſim malus Augur, nam quæ honeſtatis, quæ bonarum artium habetur ratio? datur ne locus ijs, qui merito eſſent ſubleuandi? nihil minus. Quid igitur expectandum, quàm pulchrè agerent illi, qui rerum potiuntur ſi rebus ferè lapſis modum adhiberent; neq; ſinerent contagionem ſerpere vlterius quæ totam ferè polluit Europam, ſed

de

ad mare deducuntur, confidunt. n. nautæ cælo mariq; tranquillo, pecora paſcuntur, humo iam herbeſcente, colonus vim frigoris non amplius extimeſcens, niue iam ſoluta, redit libenter ad arua, Venus cum Nymphis & gratijs tripudiat, Luna ſplendeſcente, & ſereno aëre, Vulcanoq; (quod maxime verno tempore fieri ſolet) flammas eructante ex inſulis Aeolijs, vbi officinæ illius eſſe à Poetis finguntur. Iam eſt inquit genio indulgendum, & hilariter conuiuandum, nam vita hominum breuis eſt, & poſt obitum non datur hæc voluptatis fruendæ facultas. Soluitur acris hyems) caloris eſt aperire, frigoris aſtringere, vere appetente terra incipit aperiri, quare hyems ſoluitur, ratione terræ, quæ, frigore hyemis, poros habuit aſtrictos, & Veris acceſſu ſolui cæpit, vel ſoluitur; debilitatur hyems, & vires amittit, calore ſenſim accedente, nam quæ aſtricta ſunt validiora ſunt, quàm cum ſoluuntur; Poeta loquitur de acri & rigida hyeme, quæ vere appetente ſe remittit, licet. n. ver accedat, reſtant tamen tibi frigora reſtant, vt canit Ouidius, quare merito ſoluitur. i. debilior fit & infirmior. Acris) vehemens, & acerba, propter frigus, quod proprio cognomento acerbum dicitur, primo Epiſtolarum. Hiems ab hiando, vt autumat Varro, vel παρὰ τὸ ὕω. id eſt pluo, pluuioſa. n. vt Plinij vtar vocabulo eſt hyems & imbrifera vocatur a Silio.

nam

nam ſole ad inferiorem ſigniferi partem deſcendente, aquarum & terræ humidæ vapores exiccari & abſumi non poſſunt; hinc nubes natura frigidæ regionis, quæ in medio aëre eſt, tandem in pluuias abeunt, aut nimis condenſantur, & niues fiunt. Itaq; glacialis ab Ouidio, & niualis hyems vocatur à Statio, ait .n. Lucretius ex Terra oriri nebulas, ex nebulis nubes, ex nubibus pluuias: vſurpatur interdum pro ſenectute, vt vitæ hyems, pro ipſa tempeſtate & vi ventorum, vt Virg. vicit hyems, & Claudianus. Aegæas hyemes Ioniumq; domat. Varro primo libro de re ruſtica putat, primũ diem hyemis eſſe in Scorpione, veris in Aquario, græce vocatur χειμὼν & χεῖμα, Homerus Ἀλλά με χεῖμα δαμνᾶται. ſed me hyems domat & conficit. Grata vice veris & Fauonij.) ſine dubio rerum omnium varietas eſt iucundiſſima, quare vere dixit Ariſtoteles. μεταβολὴ πάντων γλυκύτατη. mutatio rerũ omniũ iucundiſſima. finitimum eſſe voluptati faſtidium inquit Cicero, Et voluptates cõmendat rarior vſus. Iuuenalis. Proinde Horatius gratam vicem appellauit, reſpiciens ad rerum viciſſitudinem, quæ ipſa varietate delectat, ſeu, quod magis placet, ad temporum mutationes, ex quibus nullum eſt gratius & iucundius vere: quem annum formoſiſſimum Virgilius appellat. eſt.n. ver

calidum

calidum & humidum, & ſua temperie, qua Tellus & arbores vireſcunt, voluptate nos afficit. Ver (vt Varro) dicitur, quòd tunc virere incipiunt virgulta, ac ſe vertere tẽpus anni, ſeu ꝙ Iönes dicunt βῆρ, Seruius diuidit in nouum, præceps, & adultum, Aetatis ver, metaphoricôs adoleſcentiam ſignificat, oſtenditq; fructus futuros reliqua Tempora demetendis aut percipiendis accomodata ſunt frugibus: ver ſacrum apud Siſennam & Liuium legitur, magnis. n. periculis adducti, vt Feſtus, ait, vouebant, quæcunq; proximo vere nata eſſent, apud ſe animalia immolaturos, ſed cum crudele videretur, pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem uelabant, atq; ita extra fines ſuos exigebant, Anacreon de vere loquens ita canit.

ἴδε πῶς ἔαρος φανέντος χάριτες ῥόδα βρύουσι, ἴδε πῶς κῦμα θαλάσσης ἁπαλύνεται γαλήνη. . i. vide, quomodo poſtquam ver apparuit, Gratiæ roſis abundant, vide quo modo fluctus maris tranquillitate miteſcit. Celſus putat vere pueros melius habere, Et Fauonij.) hic ventus Plinio teſte, verno tempore ſpirat & fauet vitæ, quare Fauonius appellatur, Lactantius grammaticus hunc putet eſſe, quem Græci zephyron vocãt Aſtræi & Auroræ filium, illum eſſe Aquilonem quem Græci Borean; Fauonium pomeridianis ho-

ris ſpirare docet Ariſtoteles, & rationem reddit in problematibus; Trahuntq; ſiccas.) Hyeme quæ mare turgeſcit, & nauigantibus minatur, naues ſubducuntur, i. ex Aquis ad Litus trahuntur, Vere, quo maris mollicies, quæ μαλακία græcè fertur, ad nauigandum inuitat, naues deducuntur è litore ad aquas. Machinæ.) inſtrumenta, vt ita dixerim, ductoria, quibus nautæ vtuntur; & quæ phalangæ dicuntur. Trahunt.) deducunt ex ora maritima ad mare. Carinas ſiccas.) naues, quæ per hyemem in ſicco litore fuerunt, & ipſæ etiam ſiccæ factæ ſunt. Carina pro tota naui synecdochicôs, eſt.n. infima pars nauis. Carinæ tantum in plurali locus in Vrbe, vt docet Varro, vbi domus Pompeij erat. Ac neq; iam ſtabulis gaudet pecus) hyemali tempore pecora, vt tuta ſint à frigore, in ſtabulis & in locis quæ uenti non diuexant, verſari ſolent, quod oſtendit Homerus ubi loquitur de pecoribus, quæ cuſtodiebat Eumæus Vlyſsis ſubulcus. σύες ἀργιόδοντες πέτρῃ ὑπὸ γλαφυρῇ εὗδον βορέω ὑπ' ἰωγῇ. *ſues qui albos dentes habent ſub caua Petra dormiebant, loco tecto & tuto à Boreæ flatibus. Neq; iam gaudet ſtabulis pecus) neq; amplius ſtabulatur, ſed potius per paſcua vagatur. Aut Arator igni) neq; gaudet calore ignis colonus ad quem frigeſcens accedit: cum terra eſt niuibus operta &*

ſuas

ſuas exercere manus in agris non poteſt, otiatur ad ignem, aut quippiam agit intra villam, ſub tecto, ne totum diem (vt aiunt) ſine linea traducat. dicente Virgilio. Frigidus agricolam ſi quando continet Imber, Multa forent, quæ mox cælo properanda ſereno Maturare datur, durum procudit Arator Vomeris obtuſi dentem, cauat arbore lyntres, & quæ ſequuntur. Ignis dictus eſt, vt Varro docet, à gignendo, nihil. n. ſine ignea Virtute gigni poteſt, duplex, vt idem inquit, naſcendi cauſa ignis & aqua, Ideo in nuptijs in limine adhibentur, ignis tanquam mas, aqua tanquam femina: ex attritu arborum ignem fuiſſe inuentum ſcribit vitruuius, Inuentorem fuiſſe Vulcanum ſcribunt multi, inter quos Diodorus, ignem à Caldæis circumlatum per varias regiones tanquam deorũ maximum, litteris mandarunt Suidas & Rufinus, igne accenſo totam domũ exhilarari ait Heſiodus. Nec prata canis.) ſæpe, cum eſt hyems, matutino tempore, terræ planicies pruinis obtecta videtur, vere autem haudquaquam, pruinæ fiunt ex rore concreto, dictæ ſunt quaſi perurinæ à perurendo, nam ſæpe fruges & virgulta perurunt. Albicant) nam ros conglacians albeſcit, & ideo pruinæ canæ dicuntur, vt cani crines albi, cana Fides fertur ad puritatẽ, vt ita dicam, ſignificandã, vide quid ſentiant Porphyrio, & Acron de Fide albo panno velata, apud eundem Poetam.

Iam cytherea choros ducit venus imminente luna) ſingit Poeta verno tempore, cum nox ſerena eſt, & luna ſplendeſcit, ſaltare cum Nymphis & Gratijs Venerem, quod non ſine ratione fictum eſt, nã appetente vere tellus concipit & omnia exhilarantur, perinde quaſi omnia Amorem ſentiant. Venus cytherea) à cytheris inſula dicta, quæ, ut Auctor eſt Stephanus, propè Cretam ſpectatur, & dicitur à cythero filio Phœnicis, & Porphirußa vocata eſt vt teſte Stephano ſcribit Ariſtoteles. Venus à veniendo nã ad omnes venit Amor, quod Maro noſter lepidiſsimis verſibus ſignificauit. Vsq; adeo genus in terris hominumq; ferarumq;, Et genus Aequoreum, pecudes, pictæq; volucres, In furias ignemq; ruunt, Amor omnibus idem. Ducit choros.) ſaltat, tripudiat, quod maximum eſt hilaritatis indicium, poſuit choros pro choreis, quæ propriè duci dicuntur. Ouidius. Ad numerum motis pedibus duxere choreas. ſeu ducit choros .i. ordinatos ſaltantium cœtus ipſa Venus tanquam Princeps ducendo regit in ſaltatione. Chorea dicta eſt à choro, chorus ἀπὸ τῆς χαρᾶς .i. à lætitia, eſt proprie ſaltantium multitudo, ſed interdum ordinatam multitudinem ſignificat, quãuis non tripudiet, vt chorus Tragœdiæ qui ad ſummum conſtabat ex quindecim perſonis, vt ſentit Ariſtophanis Interpres. Chorea antiquiſsima eſt apud Aegyptios, & Græcos, & à Romanis non

ſpreta

ſpreta. De varijs ſaltationum generibus Lucianus et Athenæus plura. Imminente Luna) Luna ſplendeſcente & in ſuperiori hemiſphærio exiſtente, nam cum eſt in inferiori, tunc nobis neq; imminet, neq; ſplendeſcit, quare interpretare, imminente .i. ſuperimpendente & niteſcente, quod indicium eſt aeris ſereni, per Lunam ſplendeſcentem ſerenam noctem poſsumus intelligere, quo tempore fingunt Poetæ Deos Terras viſere, ne palam videantur à Mortalibus. Luna à lucendo, vt Cicero, vel quod noctu luceat vt Varro. Luna vt ait Arati Interpres, bigas dicitur habere, ſiue propter velocitatem, ſiue quod nocte & die apparet, & ideo vnum equum album, & alterum nigrum habere dicitur, fertur etiam vehi bobus, propter cornua. Feſtus inquit mulum vehiculo Lunæ adhiberi, quod ea tam ſterilis ſit quam mulus, vel quod mulus non ex ſuo genere, ſed equino oriatur, ſic ea Solis non ſuo ſplendore luceat. Euſebius & Diodorus marem & feminam appellant; Gratiæ) Charites Deæ gratiarũ, quæ tres perhibentur Aglaïa, Thalia, Euphroſine, quam nonnulli Paſithcam appellant, De His Seneca libro de beneficijs, Orpheus vocat filias Iouis & Eunomies, Antimachus Aegles, & Solis, Eteocleæ vocantur à Theocrito, quaſi filiæ Eteoclis, ſeu ꝙ Eteocles primus omnium Gratijs ſacrificauit, vt ſcribit Pauſanias & Theocriti Interpres. quidam quatuor eſſe di-

xerunt, & per illas quatuor anni tempora accipiunt, & ideo Macrobius putat Apollinem fingi geſtare gratias manu dextera, quòd eæ anni partes ex Sole proueniant; Decentes) decoræ & venuſtæ. Coniunctæ) commiſtæ & manus inuicem nectentes. Cum Nymphis,) ex quibus Dryades dicuntur, quercuum Nymphæ, Oreades montium, Napeæ quæ virgultis, & floribus delectantur, Naiades fontium deæ, Nereides Maris. Seruius, & Lactantius grammaticus auctores. Alterno terram quatiunt pede) nunc dextro nunc ſiniſtro pulſant humum, quod eſt ſaltantium. Dum Vulcanus) magna vis ignis. Vulcanus deus eſt ſecundum Poëtas, ſed ponitur per igne, vt Ceres pro frugibus, Bacchus pro vino. Quintilianus. Dictus eſt vulcanus quaſi volanscanus, ignis. n. cum attollit flammas, canus hoc eſt albus apparet. Vrit officinas Cyclopum) vbi Cyclopes verſantur vulcano operam præſtantes, dum arma Ioui fabricant, Virgilius, Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro, Brontesq; Steropesq; & nudus membra Pyracmon. Vulcanum ex ſola Iunone natum canit Heſiodus, Apollonius Rhodius, Lucianus & Ouidius; Plures fuiſſe Vulcanos ſcribit Cicero lib. 3. de natura Deorũ, Præcipitatum fuiſſe à Ioue è cælo ſcribit Plato, ſuſceptum à Lemnijs dum per aerẽ ferretur, ne periret, commentus eſt Lucianus. Alij tradunt propter deformitatem à Iunone Matre

re deiectum in inſulã Lemnon cecidiſſe. Scribitq; Seruius ea ratione hoc fingi, quia Vulcanus eſt ignis fulminis, qui crebro in Inſulam Lemnon cadit. Quia verno tempore Vulcaniæ inſulæ magis æſtuant, & ignes emittunt, Poeta de vere loquens hoc etiam addidit non inconcinnè.

Nunc decet aut viridi nitidum caput
impedire myrto,
Aut flore, terræ quē ferunt ſolutæ.
Nunc & in vmbroſis Fauno decet im
molare lucis
Seu poſcit agna ſiue malit hædo,
Pallida Mors æquo pulſat pede pau-
perum tabernas
Regumq; Turres, o beate Sexti,
Vitæ ſumma breuis ſpem nos vetat
inchoare longam.
Iã te premet nox, fabulæq; manes
Et domus exilis Plutonia, quo ſimul
mearis,
Nec regna vini ſortiere talis,

Nec tenerum Lycidā mirabere, quo calet iuuentus
Nunc omnis, & mox virgines tepebunt.

Nunc decet) conuenit pro tempore, caput impedire.) implicare & coronare, Nitidum) vnguento to delibutum, ſcribit Athenæus Antiquos in conuiuijs capita vnguentis perunxiſſe, ne vini vapores inſurgentes nimis eſſent infeſti, capite iam humectato. Myrto viridi.) corona ex myrto quæ ſemper viridis eſt; Aut Flore) corona ex floribus vt è roſis, corona .n. quæ fieri ſolet ex his, capitis dolori remedium adhibet, vt docet Athenæus, Cytherius Poeta ſcribit, Ianum fuiſſe primum coronarum inuentorem. Quem Ferūnt Terræ ſolutæ) producunt terræ quarum laxata & aperta ſunt ſpiramenta, vt Vergilij vtar vocabulo, calore veniente: coronabantur primum capita in conuiuijs, deinde coronæ in ſcyphum concerpi ſolebant, quare Cleopatra inuitauit Antonium, vt coronas biberet. vide Plin. lib. xxi. vbi loquitur de Cleopatræ & Antonij conuiuio; corona Myrtea erat proprie ouantium, ſolebat etiam vt Athenæus dicit in conuiuijs vſurpari, nam reprimit vim ebrietatis, Myrtus arbor veneri conſecrata, vnde Myrtea dicta eſt, quam nunc, vt ait Plinius, Murtiā appellant, Conſtantinus Cæſar, ſeu quis alius au-

ctor.

flor. fuerit operis de re ruſtica, dicit Myrſinem puellam in hanc arborem conuerſam, quæ cum forma cunctis puellis præstaret, cunctisq; iuuenibus, corporis roborę, Mineruæ grata erat, in palæstris .n. & curſu ſe exercebat, quidam ſuperati pudore affecti ſunt, quare eam occiderunt, Minerua beneuolentiæ non immemor, in Myrtum conuertit, quæ illi cara eſt vt olea; Nunc & in vmbroſis.) Vere frondoſa loca placent, ibiq; veteres diјs ſylueſtribus rem diuinam faciebant. Decet immolare..) ſacrificare, hoc verbum eſt à mola, quod genus erat ſacrificij. far .n. tostum erat & ſale ſparſum, quòd eo molito hoſtiæ aſpergerentur, Lucis vmbroſis) syluis nequaquam cæduis, lucus, vt Varro putat, a luce, ꝙ propter lucem cultus ſit inſtitutus, Quintilianus putat lucum dictum fuiſſe quòd ſine luce erat, nam nullæ illic arbores propter religionem cædebantur. Fauno) de hoc ita Lactantius in primo. Ante Pompilium Faunus in latio, qui & Saturno nefaria ſacra conſtituit, & Picum Patrem inter Deos, honorauit & ſororem ſuã Faunam eandemq; coniugẽ conſecrauit, quam. C. Baſſius Fatuam nominatam tradit, quòd mulieribus fata canere conſueuiſſet, vt Faunus viris, Ouidius ſcribit, in Inſula Tiberina fuiſſe ædem Fauni, Probus Faunum refert ædificia lucoſq; numinibus conſecraſſe & ab eo fana dicta, deum Syluestrem hoc loco intelligimus,

Seu

Seu poſcit Agna, ſiue malit hædo.

Cum hunc verſiculum Romæ in publico Gymnaſio interpretarer, aderat quidam Gallus noſtri ordinis, & , vt noſſe potui, bene doctus, qui poſtea me conuenit, dixitq; ſe Codicem habere vetuſtum, in quo ita legitur hic verſiculus. Seu poſcit Agnam ſiue malit hædum. Reſpondi cunctis in codicibus me ita legiſſe vt fueram interpretatus, hanc tamen correctionem mihi nequaquam diſplicere, duobus poſt annis peruenerunt in manus meas Commentarij eius in Horatium, in quem breuis hæc mea explicatio multo ante fuerat elucubrata ſed non edita, ſed redeamus ad inſtitutum. Veteres illi qui verſabantur in tenebris, et de dijs vana quædã ſibi perſuadebant, vt plures eſſent dij ferè quã homines, varijs vtebantur ſacrificijs, vt docet Euſebius, Lucianus & Porphyrius, qui de ſacrificijs antiquorum locuti ſunt. Terreſtribus, & infernis Dijs nigræ quadrupedes offerebantur, Terreſtribus ſuper aras, Infernis in ſcrobibus & foueis mactabantur victimæ, dijs autem aëreis volatilia ſolebant offerri, vina in fluctus infundebantur, Cæleſtium victimæ albæ erant, quarum extremitas conſeruabatur, reliquæ partes comedi ſolebant, Sus atra Cereri mactabatur, quia Terra naturaliter obſcura eſt & opaca, vt omittam illud iam peruulgatum, Suem, ob ſegetes peruaſtatas, Cereri mactari, vnuſquiſq; pro perſona quam ſuſtinebat, rem

diuinam

diuinam faciebat. Agricola bouem mactabat, Opilio agnũ, Aepolus caprã, nec deerant qui tus aut placentã offerrent, ſæpe ẽt leges apud Poetas Caprũ Baccho immolatũ, Taurũ Neptuno et Apollini: Virg. Taurũ Neptuno Taurũ tibi pulcher Apollo. Ouid. in Faſtis oſtẽdit agnã ẽt Ioui mactatã, Idibus alba Ioui grandior agna cadit. Hyginus quoq; ait antiquos, cum maxima ceremonia deorum immortalium, ſacrificia feciſſe, qui prius totas hoſtias in ſacrorum flamma conſumebant. Itaq; cũ propter ſumptus magnitudinem ſacrificia pauperibus non contingerent; Prometheus qui propter admirabile ingenij acumen, homines finxiſſe putatur, à Ioue impetrauit, vt pars hoſtiæ eſset in ignem conijcienda, pars comedenda, hic modus ſacrificandi longa conſuetudine confirmatus eſt. Pallida Mors) poſtquam .n. anima migrauit è corpore, ſanguis qui manente ſpiritu calidus eſt & vegetus, modo aliquo morbo non ſit vitiatus, omnẽ vim prorſus amittit, & corpora palleſcunt. Varia ſunt mortis cognomina, fertur lurida a Silio, Gelida ab Ouidio, Horrida à Seneca, & alia leges pene innumerabilia epitheta. Cicero in Tuſc. dicit, Mortem eſſe migrationem in eas oras, quas qui è vita ceſſerunt incolunt. Aequo pede) æquè. n. ad omnes mors venit, aut ſerius aut citius quid refert? æquè venit ad omnes, nam nemini parcit. Pulſat) percutit tanquam hoſtiliter aggrediens, pauperum

tabernas

tabernas) humiles pauperum domos, quid tabernæ ſit & officina, vel qui vltra primas litteras progreſſi ſunt, non ignorant; Tabernæ vt Feſtus confirmat, dictæ ſunt quòd ex tabulis olim fiebant, Regumq; Turres) munitiſſima Regum ædificia, quod .n. propugnaculum adeo tutum eſt, quò Mors non penetret? Turres à toruis (vt Varro) à terrendis hoſtibus vt alij, has (vt Ariſt.) Cyclopes inuenerunt, Tirynthij, vt Theophraſtus. Vitæ ſummæ breuis) vitæ curriculum quod nobis natura circumſcripſit, vt nemo poſſit ſæculum præterire, poſuit ſummam, pro concluſione. Theophraſtus moriens conquerebatur, quod ceruis cornicibus, & coruis natura vitam dederit longiſſimam, homini vero breuem, qui ſi diuturnam viuere poſſet, cunctis artibus poſſet erudiri. Sophoclis carmina de vitæ breuitate non ſunt reticenda,

ὦ θνητὸν ἀνδρῶν καὶ ταλαίπωρον γένος,
ὡς οὐδέν ἐσμεν πλὴν σκιαῖς ἐικότες.

O mortale miſerumq; genus hominum. quàm nihil ſumus niſi vmbris ſimiles? Inchoare) incipere, nedum perſeuerare in concepta. Spem longam) longam expectationem alicuius boni futuri, eo ſunt ingenio mortales, vt quamuis vndiq; miſerijs circumuenti videantur modo viuant, rem fore meliorem ſperent, ita vt illud Tibulli quod de ſpe cecinit, verum ſit, Crura ſonant ferro, ſed canit inter

opus

opus, & Ouid. ita de ſpe lib. 1. de ponto. Hæc dea cum fugerent ſceleratas numina Terras, In dijs inuiſa ſola remanſit humo, Hæc facit, vt viuat foſſor quoq; compede vinctus, Liberaq; à ferro crura futura putet; Hæc facit, vt, videat cum terras vndiq; nullas, Naufragus in medijs brachia iactet aquis. Diogenes interrogatus, quid eſſet in vita hominum ſummũ & extremum, reſpondit, Spes. Iam te premet nox) Iam. non multo poſt tẽpore. premet) occupabit te nox, vel per noctem intelligimus infernam obſcuritatem, perpetua .n. eſt nox apud inferos, & ob id Heſiodus dicit noctem eſſe vxorem Erebi, erantq; apud veteres, inter quos Plotinus & eo prior Ennius, & Seruius in ſextum Aeneidos, qui putarent hominem ex re triplici conſtare, anima, quæ ad cælum euolat, corpore, quod terræ redditur, vmbra, quæ ad inferos deſcendit, vel per noctem intellige mortem, quæ perpetua corporis eſt nox; Premet) coercebit, ſi refertur ad infernam obſcuritatem, vel deijciet ad inferos ſi refertur ad mortem; Fabulæq; manes) & manes Fabulæ appoſitio eſt, de quibus fabulæ fictæ ſunt, quare Plato deridet Homerum, & Heſiodum, qui multa de inferis commenti fuere, vt vanos animis hominum terrores inijcerent, quã ſententiam ſcriptam reliquit etiam Cicero prima Tuſculana, Manes dicit Feſtus Deos ab Auguribus vocatos, ꝙ eos per omnia manare credebant, eosq;

eoſq; Deos ſuperos, & inferos dicebant, ſed, vt Aelius Stilo, Manes Dij inferi appellantur, quaſi boni, à ſuppliciter eos venerantibus, Seruius putat dictos eſſe Manes ꝙ non ſint boni. Et domus exilis plutonia) per domum exilem Plutonis, intellige regnum ipſum Plutonis infernum, nota .n. eſt regnorum diuiſio ſecundum fabulam quæ legitur distinctè apud Apollodorum, & notatur à Claudiano lib. de Raptu Proſerpinæ, Inter Iouem, Neptunum, & Plutonem, Fratres; In Regno Plutonis ſunt omnia exilia tanquam rerum ſimulacra, vmbræ. n. nihil habent ſolidi; et ſic per domũ exilem intellige ẽt vmbras ipſas, quæ tanquã familia Plutonis per inferna loca vagantur. notum eſt .n. domum pro familia vſurpari, Virg. 5. Aeneid. Sergeſtusq; tenet domus à quo Sergia nomen, nã põt poni res continens pro contenta. Plutonia adiectiuum à Plutone, qui Pluton etiam à latinis dicitur, teſte Cariſio, qui Plinium ſecundum habet Auctorem, cuius hæc verba leguntur. quædam ſunt, quæ ad nos ipſos vſq;, proprios gentis ſuæ vultus formamq; cuſtodiunt, Vt Pluton, Xenophon; Albricus appellat hunc tenebrarum principem, cuius imago erat homo terribilis in ſolio ſulphureo ſedens, ſceptrum ſuum manu tenens dextera, ſiniſtra animam conſtringens, tricipitẽ Cerberum ſub pedibus eius collocabant, & prope tres Harpyiæ videbantur. De Throno autem eius ſulphureo

phureo quatuor flumina manabant; Latini Ditem appellant, & (vt Lactantius ſentit) Diſpatrem, Summanus etiam vocatus eſt quaſi ſummus manium, vt alibi diximus; De quo Cic. in lib. de Diuin. Diuus etiam Aug. in quarto de Ciuitate ſic loquitur; Romani veteres neſcio quem Summanũ, cui nocturna fulmina tribuebant, coluerunt, magis quam Iouem, ad quem diurna fulmina pertinebant, Poſtulio etiam vocatus eſt Pluto (vt Varro inquit) vnde verba illa Haruſpicis. Manium Poſtulionem poſtulare; Quo ſimul mearis) ad quã Plutonis domum poſtquam meaueris. Nec regna vini ſortiere talis) nec iactu talorum fortuitò regnum in conuiuio adipiſceris, Mos Græcorum erat, vt talis ſortirentur eum qui legem conuiuijs imponeret, hic à Varrone rerum humanarum lib. xx. modiperator latine nuncupatur, quia modum bibendi imperabat. Græci nonnunquam in conuiuijs ſe viciſſim ad bibendum inuitabant, de hac re meminit Cic. in verrem, Fit ſermo inter eos & inuitatio, vt græco more biberetur; Panyaſis Poeta (vt hoc tanquam aliud agens adijciam) poculum primum Gratijs tribuit, Horisq; & Dionyſio, ſecundum veneri rurſusq; Dionyſio, iniuriæ autem & noxæ tertium. Appuleius iiij. floridorũ ita ſcribit, Sapientis viri ſuper menſã celebre dictũ eſt. prima inquit Cratera ad ſitim pertinet, ſecunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatẽ, quarta ad Inſaniam.

ſaniam, ſed vt reuertar ad Modiperatorem, apud Nonium marcellum hæc verba leguntur, Varro rerum humanarum lib. xx, in conuiuijs ſunt inſti-tuti putendi Modiperatores magiſtri, meo quidem iudicio reponendum eſt, potandi, nam Varro loquebatur de conuiuijs, quid hic putendi ſignificet non intelligo. Talorum ludus antiquiſſimus eſt, de quo meminit Apollonius, qui finxit Cupidinem et Ganymedē talis ludere, ἀστραγάλοισι δὲ τώγε

χρυσείοις ἅτε κοῦροι ὁμήθεες, ἑψιόωντο.

hi tanquam pueri familiares aureis talis ludebant Plin. lib. xxxiiij. vbi de Polycleto loquitur, fecit inquit & diſtringentē ſe, & nudū telo, inceſſentē, duosq; pueros item nudos talis ludentes, qui vocantur Aſtragalizontes, & ſunt in Titi Imperatoris Atrio, quo opere nihil abſolutius. Nec tenerum lycidam mirabere) nec apud inferos laudabis cū admiratione formā lycidæ pueri, Quo calet Iuuentus) Omnis Iuuentus, quæ ſæpe amore inſanit; calet: nam faces Cupidini tribuuntur; Et mox) paulo poſt cum erit ætatis magis adultæ. Virgines tepebunt) calebunt, & deperibunt, minus eſt tepere quam calere: ſed Poetæ verborum licentia ſunt liberiores; non poſſum ſanè me continere, quin prorumpam in veteres illos veræ religionis expertes, qui ſic erant laſciuiæ dediti, vt non ſolum ſe cum mulieribus intemperate commiſcerent; ſed

cum

cum pueris etiam infandum exercerent concubitũ, & ſordibus ſtomachum facientibus delectarentur, Quare non mirum ſi Vrbs Roma incenſa, diruta & multis afflictata calamitatibus olim fuit.

θεὸς γὰρ κακοὺς εὑρίσκει.

Ode. V.

Ad Pyrrham.

Quis multa gracilis te puer in roſa
Perfuſús liquidis vrget odoribus
Grato Pyrrha ſub antro?
Cui flauam religas comam?
Simplex mundicijs, heu quoties fidẽ
Mutatosq; Deos flebit, & aſpera
Nigris æquora ventis
E mirabitur inſolens,
Qui nunc te fruitur credulus aurea,
Qui ſemꝑ vacuam, ſemꝑ amabilẽ
Sperat, neſcius auræ
Fallacis; miſeri quibus
Intentata nites, me tabula Sacer
Votiua paries indicat vuida,

b Suſpen-

Suſpendiſſe potenti
Veſtimenta maris Deo.

Hoc ode mulierum inconſtantiam notat Horatius, quæ modo in hunc modo in illum amores transfundunt, nihil.n. ingenio muliebri mobilius, oſtendit Iuuenẽ qui Pyrrham adamat opinionis errore decipi, nam poſtremo illam abalienatam cognoſcet, tantamq; animi factam derepente mutationem nõ poterit non admirari, & miſeros vocat eos, qui nondum Pyrrhæ ingenium ſunt experti illamq; perditè amant; ipſe autem quòd reſipuerit ſeq; ab ea diſiunxerit, votum Deo perſoluit, tanquam Naufragus, qui cum in tutum peruenerit, Tabellam Neptuno ſuſpendit, cuius ope fuit adiutus, ne in aquis periret. Quis multa) non ſine miſeratione hac vtitur interrogatione, quæ multis ſolet modis vſurpari, vt docet Quintilianus, poteſt etiam dici admiratio cum miſeratione, qua proſequitur adoleſcentem amore irretitum. Puer gracilis) tener ſeu gracile corpus habens non obeſum; & ſic agilior & ſpectatu dignior, quàm ſi pinguis foret Adoleſcens, qui maximè pronus eſt ad libidinem, nam noua voluptas iucundior eſt. Docetq; Ariſt. magnam Patres debere curam filiarum ſuſcipere, quæ naturæ inſtinctu vim Amoris ſentire incipiunt, Puer quaſi purus, qui multo facilius à meretriculis falli poteſt, ſed hic pro adoleſcente. In

multa roſa) inter multas roſas, quæ ſpargi ſolent per menſas, cubilia, & pauimenta, vt colore et odore delectent; flos .n. roſa eſt quæ principem locum tenet inter flores, & dicta eſt à rore, quo nutritur, nam ante ſolis ortum decerpi ſolet, ne vigor pereat, ſeu q Græci Rhodon appellant, & Veneri ſacra eſt, fabellam de rubicundo roſæ colore litteris conſignauit Conſtantinus Cæſar; amabat Adonim Dea, amabat Venerem ipſam Mars, qui cum puerum illum pati non poſſet, interemit, quod cum reſciſſet Venus, dolore affecta, et vlciſci Martē cupiens, non ſine indignatione nudis pedibus in roſetum irruit, ſpinisq; illius pedem impegit, qua de re, quæ prius alba erat roſa cruore tincta qui ex pede Veneris diſtillauit, in purpureum colorem verſa eſt, & venuſtas, & coloris ſuauitas ei acceſſit; alij vero dicunt; cum in cælo dij conuiuarentur, & nectar multum eſſet appoſitum, Amor tripudians ala craterem concuſſit, & inuertit, & ſic nectar effuſum per terram roſæ florem rubicundum reddidit. Theophraſtus ait, multas eſſe roſarum ſpecies, nam multæ quinq; folia habent, aliæ duodecim, aliæ quæ ſunt apud Philippos habent vel centum; quæ quinq; ſunt magis odoriferæ, quarum inferior pars eſt aſpera; maximè vero ſunt odoriferæ roſæ in Cyrene, quare ſolet ex ijs ſuauiſſimum fieri vnguentū. Plinius meminit, vt alias omittam, de roſa Tiburtina, præneſtina, &

pæſtana, De qua etiam Virg. & Martialis, Cicero de Melitenſi. Perfuſus liquidis odoribus.) non concretis, ſeu puris & ſinceris vnguentis, Plaut. appellat liquidum animum, tranquillum, & à curis vacuum, Virg. liquidum aëra, purum ſerenum & nullis obductum nubibus, odores manant ex vnguentis ſed plerumq; poeticè pro ipſis vnguẽtis vſurpãtur, quæ apud antiquos in magno erant pretio, non ſine tamen vitio, nam verè dixit Plinius, tanti emitur voluptas aliena, & Plotius Ciuis Romanus à Triumuiris proſcriptus, cum in latebram ſalernitanam ſe conieciſſet, vnguenti odore deprehenſus eſt non ſine opprobrio. Itaq; merito dixit Martialis. ſic puto poſſe meum ſic bene olere canem. Plutarchus facit de Seplaſia Capuæ Vico mentionem, vbi plures erant vnguentarij, quare Lampridius vnguentarios ſeplaſiarios appellauit. multa vnguentorum genera recenſet Plin. quæ longum eſſet perſequi, multa quoq; Athenæus, ſed illud non tacebo quod legitur apud Xenophontem, qui Socratem ita loquentem fecit in conuiuio. Optimum nobis per Iouem præbes conuiuiũ ò Callia non .n. ſolum lautos cibos appoſuiſti, ſed etiam ſpectacula & acroamata introduxiſti, quid ſi quis vnguentum nobis afferat, vt ſuaui etiam odore perfruamur? haudquaquam reſpondit ille, nam ſicut ex veſtimentis alia viris, alia feminis conueniunt, ſic ex odoribus alij ad viros pertinent

alij

alij ad mulieres. Pepulerunt ciues, vt Athenæus teſtatur, ex Sparta vnguentarios, velut qui oleũ corrumperent; Prohibuit Solon homines vnguenta venundare. Sophocles venerem inducit tanquam Dæmonem vnguento delibutũ, Virtutem vero oleo perfuſam & exercitatã more Athletarũ. Máſſurius tamen inquit, ſenſus, qui ſunt in Cerebro excitari odorum ſuauitate, & puriores fieri. Idem dixit Alexis Poëta Thurius, Idem ferè Alcæus, à quibus non diſſentit Anacreon qui dixit cor noſtrum maximè ſuaui odore poſſe recreari. Vrget) cogit, impellit, & inſtigat te adamandũ. Sub antro grato) ſub fornice iucundo, vbi corpora non ſine maxima voluptate commiſcentur, appellauit antrum locũ vbi ſui copiam faciebat Pyrrha, vel ad illius dedecus, vel vt fornicis formã exprimeret, & loci obſcuritatem, nam celari vult ſua furta Venus, vt ait Tibull. Cui) in gratiam cuius. Tu Pyrrha. Religas) vincis quaſi retro ligas, nam mulieres comam in occipite bene lotã beneq; pexam ligant, in vnum nodum collectam. Comam flauam.) flaui coloris capillos, flauus .n. color in muliebri coma commendatur, cui maximè ſtudent mulieres, & Homerus laudat Helenam pulchram comam habentem dicens. Ἑλένης παρὰ καλλικόμοιο. Conſentinæ puellæ aqua Crathidis comam frequenter lauant, vt flauam reddere poſſint, hæc eſt .n. illius aquæ pro

 prietas,

prietas, quod ab Ouidio traditum eſt; Crathis & hinc ſybaris noſtris conterminus aruis, Electro faciunt ſimiles auroq; capillos, Nymphodorus, Theophraſtus, Heſigonus hiſtoricus, Cotion, Agathoſthenes & Euripides, apud Græcos, hanc laudem Crathidi tribuunt, Anacreon vero appellat capillos amicæ ſuæ delicatos & nigros dum pictorem alloquitur. γράφε μοὶ τρίχας τὸ πρῶτον ἁπαλάστε καὶ μελαίνας. *quare nigræ & flauæ in puellis comæ commendantur. Simplex mundicijs) hæc verba vel ad Pyrrham vel ad Iuuenem referuntur, ſi ad Pyrrham. Simplex mundicijs) .i. quæ bene terſa & polita videris forma ſine fuco, ſed non ita animum habes. ſi ad Iuuenem, talis eſt ordo & ſenſus, heu quoties ſimplex mundicijs puer ille, ſimplex habens ingenium & mundũ ſine aſtu, fraudesq; tuas non cognoſcens, Hic ſenſus mihi magis probatur contra recentiores, nam non fit veriſimile, Pyrrham, quæ formæ ſtudebat, nullis fuiſſe vſam fucis, & poeta oſtendit ſimplex pueri Ingenium, quod facile poterat à meretricula decipi. Flebit Fidem) plorabit Fidem quam falles, multa enim polliceris, & tandem fruſtraberis. Flebit mutatos Deos) lacrymabitur videns Deos non eſſe ita propitios, vt quondam erant, per quos ego Venerem intelligo & Cupidinem, vt ad id de quo dicebam reuertar ſimplex*

interdum

interdum eſt ille qui eſt aperti pectoris, qui neſcit aliquid ſimulare, qui non habet aliud promptum in ore, aliud clauſum in pectore, quod de Catilina dixit Salluſtius. Cic. lib. de Seneċt. cum ſimplex animi natura eſſet, neq; haberet in ſe quidquã admiſtum; hinc ſimplicitas pro ipſo animi cando re, quam prudentem deſiderat Martialis. Fides dicta eſt à fio & dico vt Cic. docet, quam qui per dit nihil poteſt vltra perdere; vt dicebat Mimographus, quid. n. perfido homine deteſtabilius, quare Cappadoces, Cilices, Cretenſes, & Afri à Scriptoribus vituperantur, qui cum ſua praua per ditaq; natura fidem frangerẽt, vinculum humanæ ſocietatis quammaximum, diſſoluebant, Fidei ædes conſecrata fuit ab Attilio Calatino, poſt hunc in Capitolio altera ab Aemilio Scauro, vbi celebris erat imago ſenis cum lyra puerum docentis, Fides attica ſolebat olim maxime celebrari, de qua Plautus meminit, & Velleius Paterculus, cuius hæc verba leguntur. adeo certa Athenienſium in Romanos fides fuit, vt ſemper & in omni re quidquid ſincera fide gereretur, id Romani attica fieri prædicarent. Et Inſolens) non ſolitus. Emirabitur) aſpiciet cum admiratione. Aequora aſpera) maria intumeſcentia & crudelia facta, quæ prius erant tranquilla & mitia. Ventis nigris.) impetu ventorum, qui procelias gignunt, & aëra nigrum & caliginoſum faciunt, congregatis nubi

bus, tranſlatio eſt lepidiſſima quæ immanitatem et ſæuitiem Pyrrhæ ſignificat quæ mari confertur, cui non eſt vnq̃ confidendum, nam repente turbari ſolet, quare cecinit rectè Tibullus. Ah crudele genus nec fidum femina nomen, & illud non eſt ſilentio prætereundum. Mulier tum demum bona eſt cum apertè eſt mala, quæ cum ſola cogitat male cogitat. & ſententia illa demum in memoriam eſt reuocanda, πυρ̀ θάλασσα γυνὴ κακὰ τρία, *ignis, mare, mulier mala tria. Credulus) facile fidem habens, Blanditijs tuis) quas nunquam ſibi defuturas credit. Creduli. n. vt ſcribit Ariſtoteles, ſecundo libro rethoricorũ ad Theodectem ſunt Iuuenes, & facile decipiuntur, cum ipſi nihil adhuc fraudum machinari ſoleant, in optimi. n. cuiusq; mentem facile credulitas irrepit, vt Plancus ſentit. Qui fruitur Te aurea) pulchra & venuſta, vt aureus eſt color, nam poterat verè eſſe formoſa; vel aurea ironicôs, quæ ſpecie ipſa videris munda & pura, vt aurum purum putumq;, ſed es tanquam aurum adulterinum, quod intus æreum eſt, nam totum habes animum fallacijs & dolis plenum. Qui ſemper ſperat te vacuam) ſcilicet ab alijs amoribus; Amabilem) amatu dignã, nam cum vident Amatores puellas ſibi in amore non reſpondere, dolisq; plenas eſſe; indignantur & animum auertunt, putantq; puellam non eſſe amabilem; interq; cetera quæ adhibentur amatoribus*

vibus remedia, à Platonicis eſt indignatio, ſed cum cognoſcunt illas eſſe fideles, nec alios adamare, habent cariores. Neſcius auræ fallacis.) imperitus & ignarus tuæ fraudulentæ naturæ, quæ ventulo nunc flanti nunc reflanti confertur. Miſeri quibus intentata nites.) acclamatio, miſeri & infelices ſunt, quibus pulchra videris & eorum animos incendis. Intentata) non tentata: quam nondum ipſi amatores experti ſunt quàm ſis inconſtans, vere miſeros appellauit illos, qui, vt eſt in prouerbio, extrema ſolent amare linea; miſer eſt.n. quisquis amat, vt canit Euripides, & in alieno viuit corpore vt Platonici. Me tabula ſemper) oſtendit Poëta ſe quibusdam temporibus Pyrrham adamaſſe, ſed poſtquam eius inſidias cognouit, Deum precatus eſt, vt auertere animum ab ea poſſet, non. n. amor facile extinguitur, vel ſi ſuperbiat Puella, & iuuenem contemnat, vnde meritò dixit Catullus. Odi & Amo, quare id faciã fortaſſe requiris, neſcio, ſed fieri ſentio & excrucior. Concepto voto Poëta abijt incolumis, & Pyrrham ex animo deleuit, ſumitq; exemplum à Naufrago, qui cum enatat, votum Neptuno nuncupat, & ſimulac in tutum ſe recepit, tabellam cum veſtimẽtis marina aqua imbutis ex voto ſuſpẽdit, in qua tabella ſuum depinxit naufragium, cunctisq; notum ecit, ſe Neptuni auxilio periculum euaſiſſe, antiquus .n. erat mos in templis tabellas ſuſpendere,

vt

vt in carmine obſcœno ad Venerẽ. Non ego thure modo aut picta tua templa tabella ornabo; Paries) tẽpli murus. Indicat) ſignificat. Tabula votiua) per tabulam votiuam, quæ quidem ex voto ipſi parieti affixa eſt, votiuum eſt enim illud quod ex voto dijs perſoluitur, hinc ludi votiui apud Cic. & apud Plin. ludis pro ſalute Augusti votiuis. Semper vuida) tabula quæ adeo aquis imbuta eſt, vt ſemper humida intrinſecus videatur, quod maius periculum oſtendit, & maius eſt vuidam videri quam madidam. Suſpendiſſe) è ſuperiore parietis parte ſcilicet, vt ab omnibus videri poßent. Veſtimenta) quibus indutus naufragium feci, & quibus grauatus non ſine magna difficultate enataui. Maris Deo.) Neptuno. translatio eſt nimis appoſita, per quam oſtendit ſe Pyrrhæ amoribus renuntiaße, quod facere nullo pacto potuiſſet, niſi à Deo fuiſſet adiutus, nam humana non ſuppetit prudentia, vt ab erroribus, in quos temere incidimus, reſipiſcentes abſtineamus, niſi Deus ipſe lumine ſuo nos illuſtret. nam qui ſe peccatis inuoluit quodam modo amittit libertatem, & ſeruitutem ſeruit teterrimam, ex qua libera tantum noſtra poteſtas nunquam nos vindicabit, niſi diuinum præceſſerit adiumentum.

Ode VI.

Ode. VI.

Ad Agrippam.

Scriberis Vario fortis & hoſtium
Victor, Mæonij carminis alite,
Quamrẽcunq; ferox nauibus, aut
Miles te duce geſſerit. (equis
Nos Aggrippa neq; hæc dicere, nec
grauem
Pelidæ ſtomachum cedere neſcij,
Nec curſus duplicis per mare
Vlyſſei
Nec ſæuam Pelopis domum,
Conamur tenues, grandia; dũ pudor,
Imbellisq; lyræ Muſa potẽs vetat
Laudes egregij Cæſaris, & tuas
Culpa deterere ingenij,

Ode eſt ad Agrippam Auguſti generum auctore Suetonio, cui adulatur, & ſuas extenuat vires, dicens ſe non eſſe idoneum ad ſcribendã ipſius præclara facinora. cum eo ſit ingenio, vt leuia tantũ ſibi proponat, qnare hanc laudandi Agrippæ pro uinciam

uinciam relinquit Vario Poëtæ ſui temporis celeberrimo, qui ſe in tragœdijs grauiſſimisq; argumẽtis exercebat. Scriberis Vario fortis) Agrippa qui fortitudinis laude excellis, à Vario poeta inſigni ſcribi & celebrari poteris; vocatur in dubium an hic Varius ſit ille Quintilius, qui exercitum amiſit in Germania non ſine inteſtino Augusti dolore. & quem optimum ſcriptorum cenſorem fuiße oſtendit Horatius in Poetica, ſed alium hunc eße à Quintilio illo ſine dubio ſentiendum eſt; de hoc de quo nunc loquitur Poeta meminit Fabius Quintilianus, & Cornelius Tacitus, qui exiſtimant fabulam eius Thyeſtem cuilibet Græcorum comparari poſſe, eam Aelius Donatus & Seruius Grammatici aiunt à plerisq; exiſtimari fuiße à Virgilio elucubratam, alij non à Virgilio ſed à Caſſio. Quintilius ille dictus eſt cognomento Varrus non Varius, quod oſtendunt verba quæ apud Suetonium leguntur. Quintili Varre redde legiones. oſtendit etiã aperte M. Manlij Carmen. Cum fera Ductorem rapuit Germania Varrum, alij Varum ſcribunt. Fortis.) magnanimus qui nihil reformidas, ſed non omnes qui videntur intrepide pericula ſubire, dici poßunt, ex Ariſt. Sententia, fortes, nam qui ſpe quæſtus, aut gloriolæ comparandæ ſtudio ſe periculis obiectant, & cum hoſtibus ſine formidine dimicant, hanc laudem non promerentur, quare non vere fortis Hector apud Homerum, qui male

dictionem

dictionem fugiens intrepidus videri cupiebat, fortē igitur oportet perpetuo fortē eſſe, et propter honeſtatem, hunc etiā decet, ſi qua timenda ſunt, prudenter timere, nam qui nihil timēt nihil humani habent. Et Victor hoſtium.) qui Victoriam de hoſtibus reportaſti, ſuperaſti. n. Celtas, qui veri hoſtes erāt, vide Appianum. Mœonij carminis alite) auſpicio & omine carminis homerici, ponitur hic ales pro ipſo auſpicio, hoc eſt eo omine, eoq; felici euentu, quo ſunt ab Homero carmina ſcripta; quæ nunquā interibunt, & ætate procedente maiori putabuntur admiratione digna, Homerus .n. ille fuit, quem meritò Quintilianus Oceano confert, à quo initiū curſus fontes capiunt, & vim amnes, quem Ietæ poſt obitum tanquam Deum venerabantur, quod ex Varronis elogio colligitur, apud Gellium; Capella Homeri candida hoc tumulum indicat, q̄ Ietæ mortuo faciunt ſacra, ſic locus eſt corrigendus ſine dubio. Illi .n. Ietæ etiam teſte Suida ſunt appellati, vocatus eſt Homerus Mœonides, ſeu quia Mœonis filius fuit, ſeu quia fuit potius alumnus, vt quidam ſentiunt, alij a Mœonia regione ita dictū exiſtimant; carminis Homerici mentione facta, innuit Varium fuiſſe quoq; Epicum Poetam, ideſt Heroici carminis Scriptorem Homeri exemplo, Primum carmen fuiſſe hexametrū, quod cecinit Moſes, docet Ioſepus; Plinius tribuit Apollinis oraculo, Pauſanias refert omnium primam

Phæmonoen

Phœmonoen ceciniſſe, Carmina, vt Varro, prius caſmena, deinde carmena, poſtremo carmina dicta ſunt. Quamremcunq;.) figura Tmeſis pro quamcunq; rem, quodcunq; clarum & inſigne factum. Miles) ſingularis pro plurali. Ferox) animoſus. Geſſerit) fecerit, Te Duce) Te exercitum ducente, cuius prudentia & vigilantia tot inſignia facta Romanum nomen clarius reddiderunt, in Victoria .n. comparanda ſine controuerſia prima laus Duci tribuitur, & debetur; Quare Teſte Plutarcho, Chabrias Athenienſis dicebat,

φοβερώτερόν ἐστιν ἐλάφων στρατόπεδον, ἡγουμένου λέοντος ἢ λεόντων ἐλάφου.

formidoloſior eſt ceruorum Exercitus leone ducente quam leonum Ceruo. Miles vt aliorum etymologias omittam, ex Aelio, dictus eſt à mollicie, κατ' ἀντίφρασιν. Nauibus aut equis) bello nauali aut equeſtri, reſpexit ad Victoriam, quam retulit de Sexto Pompeio in mari ſiculo profligato, vt Appianus ſcribit; Diodorus putat Neptunũ primum omnium claſſem ſtruxiſſe, & hac de cauſa maris Deum fuiſſe appellatum, cui equi inuentio ſimul tribuitur, hinc ludi conſuales equeſtres appellantur, à Conſo, quod nomen erat Neptuni, De his meminit inter alios Tertullianus vbi loquitur de ludis Circenſibus in opuſculo de Spectaculis; Lactantius Grammaticus in Theſſalia, Terram Tri

dente

dente percuſſam ſcribit à Neptuno, ex qua proſil lierunt equi duo, Scyphios & Arion, inde nata Theſſalicorum equorum præſtantia, equitandi artem primus excogitauit Neptunus, & hac de cauſa Pauſanias exiſtimat Hippion vocari. Nos Agrippa.) Horatius ſummiſſe ſe gerit, vt probum decet virum, qui nunquam ſe inſolenter oſtẽtat, & Socratem imitatur, qui Teſte Platone, vnum ſe dicebat ſcire quòd nihil ſciret, & ob id mortalium ſapientiſſimus fuit appellatus; òſtentatio .n. intempeſtiua odium concitat & inuidiam conflat, ſed vere ſeipſum Poëta iuſto modulo metiebatur, nam ſi ſe ad grauia ſcribenda natum eſſe cognouiſſet grauia tentaſſet, & Virgilij, cuius erat contubernalis, imitatione, in rebus Heroum geſtis carmine digno celebrandis operam poſuiſſet, aut tragicam maieſtatem nõ timuiſſet, quam Ouidius non timuit qui Medeam compoſuit, non ſine omnium applauſu, & qui cum eo amicitiam inſtituerat; ſed illa tantum eſt aggreſſus Horatius quæ ſuis conſentanea viribus cognoſcebat, ſin minus ſui fuiſſet præcepti oblitus. Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent, Quid valeant humeri. ſed redeamus ad interpretationem, ex qua ordinem etiã cognoſces. Nos tenues.) qui neq; magnam ingenij acrimoniam, neq; doctrinam habemus. Neq; conamur) neq; laboramus, quod Scribentium eſt.

Hæc

Hæc dicere) hæc tua facta referre. Nec ſtomachũ) iram cum fortitudine, Soſipater interpretatur ſimpliciter iram & vult eſſe Tapinoſin, ita etiam ſentit Diomedes, ſed de hoc infra. Pelidæ) Achillis Pelei filij; Cedere neſcij) qui neſciebat, vt eſt in prouerbio, dare herbam; vsq; adeo ſuis confidebat viribus Achilles, vt neminem ſe putaret valentiorem, quare non iniuria dicebatur Græcorum murus, & ſua etiam ſtatura ceteros perterrebat, nam ſi credimus Iſaacio nouem cubitis procerus erat, & qui à Chirone inſtitutus neſciebat, quid timor eßet, ita vt forti præſentiq; animo in hoſtiles acies irrueret, & cum omnibus manus conſereret. Stomachus) propriè extremum gulæ vt Plinius docet, vſurpatur pro nauſea & pro indignatione, vnde ſtomachor verbum. Cic. 2. de natura Deorum hæc prodit, linguam autem ad radicem eius hærens ſtomachus excipit, quo primum illabuntur ea, quæ accepta ſunt, oris vtraq; ex parte tonſillas attingens, de hoc etiam loquitur Celſus lib. 4. cap. 1. Hoc in loco accipe ſtomachum iram cũ fortitudine Achillis in pugnando, ſiquidem ira fortitudinem acuit, Itaq; iram fortitudinis cotem appellauit Ariſtoteles, & hæc eſt acutior expoſitio, ni fallor, quam illa recentiorum. Nec curſus) nauigationes varias. Vlißei duplicis.) Vliſſis verſuti, & callidi, nam vt ſimplex dicitur ingenuus, qui agit ſine fuco, & vultum ſermonemq; habet

habet animo congruentẽ, ſic contra duplex eſt ille, de quo illud Horatianum dici poteſt. Animi ſub vulpe latentes, duplicem Amathuntiam apud Catullum Ego intelligo modo benignam, modo aſperã, vel fraudulentam, vt alij viri docti exponunt. videndum eſt qua ratione dixit Vliſsei; Græce dicitur Ὀδυσσεύς, Latinè deberet reddi Odyſſeus hinc Vlyſſeus Vlyſſei, vſus tamen fecit, vt dicatur Vlyſſes Vlyſſis, Itaq; ratio illa eſt quæ cauſa fuit vt Poeta noſter diceret Vlyſſei, Grammatici alia quædam ſomniant. Per curſus intellige errores quos paſſus eſt in mari, præter .n. illos decẽ annos quos ad Troiam conſumpſit, per decem alios errauit; Nec ſæuam Pelopis domum) interpretare familiam, & progeniem immanem Pelopis, qui Tantali fuit filius, quid. n. immanius Atreo & Thyeſte, Pelopis filijs, quorum iræ fuerunt acerbiſſimæ vt alter fratris vxorem inceſtauerit, alter filios ficta reconciliatione Patri epulandos appoſuerit? quod Sol aſpiciens cum pati non poſſet fertur curſum auertiſſe. Fabulam plenius & fuſius enarrat Lutatius Statij Interpres vetuſtiſſimus in commentarijs in iiij. Thebaidos, & ex ea Tragædiam Seneca concinnauit. Grandia) hæc.n.omnia grandia ſunt & grauem requirunt Poeſim. Dum pudor) innuit fortaſse tempus fore, quo hunc timorem deponet, & audebit alta petere, ſed interea dum hac afficitur verecundia ſerpit humi, & non audet alas

explicare, vt euolet ad ſublimia. Dum pudor.) affectio quædã animi, quæ nos ſæpe deterret a rebus inhoneſtis, & ruborẽ gignit, ſiquid egimus quod nos ipſi turpe cognoſcimus. Imbelliſq; lyræ Muſa potens) Euterpe aut Polyhymnia, de his .n. muſis meminit in prima Ode. Lyræ imbellis) lyrici carminis, quo potius ioci conuiuia & cetera id genus canuntur, quam illa quæ ſunt Epicorum, & ſententiarum verborumq; granditatem requirunt. Vetat) prohibet me grandia hæc tentare. Muſa dicta eſt παρὰ τὸ μῶμαι *ideſt inquiro. Orpheus in hymnis putat dictas eẽ muſas quaſi* μελοῦσας *à dulcedine et ſuauitate cãtus, alij quaſi* ὁμοιοῦσας *.i. ſimul exiſtentes, ſic illa ſignificatur Encyclopædia, omnes .n. artes & diſciplinæ connexæ & coniunctæ ſunt, alij alia tradiderunt, Mnaſeas, teſte Arnobio, putat cæli et terræ fuiſſe filias, quod ſcriptum etiam reliquit Didymus, Phurnutus ait eſſe filias Iouis & Mnemoſynes, nam ſine intellectu & memoriã cognitio rerum comparari non poteſt, Alij tres, alij quatuor, alij nouem putarunt, vt Anaximander Lampſacenus, Pyſander Phyſicus, Euxemenes in libro* Θεολογουμένων. *Detercre laudes egregij Cæſaris) minores reddere, nam qui neſcit pro dignitate laudare, detrahit potius quam laudat, quare ſatius eſt tacere quàm pauca loqui, vt de Carthagine dixit Salluſtius.*

Egregij

Egregij Cæſaris) Iulius verus eſt Cæſar, qui poteſt egregius dici & qui extra aliorum gregem eſt numerandus, nam ſi quæ ad bellum ſpectant conſideraueris, quis eſt ex Græcis & latinis imperatoribus, qui poſſit C. *Cæſari merito conferri, ſi litteraturam, teſtem habebis Ciceronem, qui tanti viri ingenium & eloquentiam proſequitur diuinis laudibus, quis .n. acutior fuit, quis crebrior ſententijs, ſed hoc in loco intellige melius Auguſtum* C*æſarem. Et tuas) quæ ad te Agrippa pertinent. Culpa ingenij) tarditate ingenij mei, qua merito inculpandus eßem, ſi illa meis imponere humeris auderem, quæ perferri non poſſunt.*

Quis Martẽ tunica tectũ adamantina
Dignè ſcripſerit? aut puluere. Troico
Nigrum Merionen, aut ope Palla
Tydiden ſuperis parem? (dis
Nos conuiuia, nos prælia virginum
Sectis in Iuuenes vnguibus acriũ,
Cantamus, vacui, ſiue q̃d vrimur,
Non præter ſolitum leues.

Quis Martem?) quis pro dignitate poterit deum Martem vel bella canere, quibus præeſt Mars, *niſi*

i 2 *à natura*

bus, tranſlatio eſt lepidiſſima quæ immanitatem et ſæuitiem Pyrrhæ ſignificat quæ mari confertur, cui non eſt vnq̃ confidendum, nam repente turbari ſolet, quare cecinit rectè Tibullus. Ah crudele genus nec fidum femina nomen, & illud non eſt ſilentio prætereundum. Mulier tum demum bona eſt cum apertè eſt mala, quæ cum ſola cogitat male cogitat. & ſententia illa demum in memoriam eſt reuocanda, πυρ̀ θάλασσα γυνὴ κακὰ τρία, ignis, mare, mulier mala tria. Credulus) facile fidem habens, Blanditijs tuis) quas nunquam ſibi defuturas credit. Creduli. n. vt ſcribit Ariſtoteles, ſecundo libro rethoricorũ ad Theodectem ſunt Iuuenes, & facile decipiuntur, cum ipſi nihil adhuc fraudum machinari ſoleant, in optimi. n. cuiusq; mentem facile credulitas irrepit, vt Plancus ſentit. Qui fruitur Te aurea) pulchra & venuſta, vt aureus eſt color, nam poterat verè eſſe formoſa; vel aurea ironicôs, quæ ſpecie ipſa videris munda & pura, vt aurum purum putumq;, ſed es tanquam aurum adulterinum, quod intus æreum eſt, nam totum habes animum fallacijs & dolis plenum. Qui ſemper ſperat te vacuam) ſcilicet ab alijs amoribus; Amabilem) amatu dignã, nam cum vident Amatores puellas ſibi in amore non reſpondere, doliſq; plenas eſſe; indignantur & animum auertunt, putantq; puellam non eſſe amabilem; interq; cetera quæ adhibentur amatoribus

vibus remedia, à Platonicis eſt indignatio,ſed cum cognoſcunt illas eſſe fideles, nec alios adamare,habent cariores. Neſcius auræ fallacis.) imperitus & ignarus tuæ fraudulentæ naturæ, quæ ventulo nunc flanti nunc reflanti confertur. Miſeri quibus intentata nites.) acclamatio, miſeri & infelices ſunt, quibus pulchra videris & eorum animos incendis. Intentata) non tentata: quam nondum ipſi amatores experti ſunt quàm ſis inconſtans, vere miſeros appellauit illos, qui, vt eſt in prouerbio, extrema ſolent amare linea; miſer eſt.n. quiſquis amat, vt canit Euripides, & in alieno viuit corpore vt Platonici.Me tabula ſemper) oſtendit Poëta ſe quibusdam temporibus Pyrrham adamaſſe, ſed poſtquam eius inſidias cognouit,Deum precatus eſt, vt auertere animum ab ea poßet, non.n.amor facile extinguitur, vel ſi ſuperbiat Puella, & iuuenem contemnat, vnde meritò dixit Catullus. Odi & Amo, quare id faciã fortaſſe requiris, neſcio, ſed fieri ſentio & excrucior. Concepto voto Poëta abijt incolumis,& Pyrrham ex animo deleuit, ſumitq; exemplum à Naufrago, qui cum enatat, votum Neptuno nuncupat, & ſimulac in tutum ſe recepit,tabellam cum veſtimẽtis marina aqua imbutis ex voto ſuſpẽdit,in qua tabella ſuum depinxit naufragium, cunctisq; notum ecit, ſe Neptuni auxilio periculum euaſiße, antiquus.n.erat mos in templis tabellas ſuſpendere,

vt

vt in carmine obſcæno ad Venerẽ. Non ego thure modo aut picta tua templa tabella ornabo; Paries) tẽpli murus. Indicat) ſignificat. Tabula votiua) per tabulam votiuam, quæ quidem ex voto ipſi parieti affixa eſt, votiuum eſt enim illud quod ex voto dijs perſoluitur, hinc ludi votiui apud Cic. & apud Plin. ludis pro ſalute Augusti votiuis. Semper vuida) tabula quæ adeo aquis imbuta eſt, vt ſemper humida intrinſecus videatur, quod maius periculum oſtendit, & maius eſt vuidam videri quam madidam. Suſpendiſſe) è ſuperiore parietis parte ſcilicet, vt ab omnibus videri poſſent. Veſtimenta) quibus indutus naufragium feci, & quibus grauatus non ſine magna difficultate enataui. Maris Deo.) Neptuno. translatio eſt nimis apposita, per quam oſtendit ſe Pyrrhæ amoribus renuntiaſſe, quod facere nullo pacto potuiſſet, niſi à Deo fuiſſet adiutus, nam humana non ſuppetit prudentia, vt ab erroribus, in quos temere incidimus, reſipiſcentes abſtineamus, niſi Deus ipſe lumine ſuo nos illuſtret. nam qui ſe peccatis inuoluit quodam modo amittit libertatem, & ſeruitutem ſeruit teterrimam, ex qua libera tantum noſtra poteſtas nunquam nos vindicabit, niſi diuinum præceſſerit adiumentum.

Ode VI.

Ode. VI.

Ad Agrippam.

Scriberis Vario fortis & hoſtium
Victor, Mæonij carminis alite,
Quamrēcunq; ferox nauibus, aut equis
Miles te duce geſſerit.
Nos Aggrippa neq; hæc dicere, nec grauem
Pelidæ ſtomachum cedere neſcij,
Nec curſus duplicis per mare Vlyſſei
Nec ſæuam Pelopis domum,
Conamur tenues, grandia; dū pudor,
Imbellisq; lyræ Muſa potēs vetat
Laudes egregij Cæſaris, & tuas
Culpa deterere ingenij,

Ode eſt ad Agrippam Auguſti generum auctore Suetonio, cui adulatur, & ſuas extenuat vires, dicens ſe non eſſe idoneum ad ſcribenda ipſius præclara facinora, cum eo ſit ingenio, vt leuia tantū ſibi proponat, qnare hanc laudandi Agrippæ prouinciam

uinciam relinquit Vario Poëtæ ſui temporis celeberrimo, qui ſe in tragœdijs grauiſſimisq; argumẽtis exercebat. Scriberis Vario fortis) Agrippa qui fortitudinis laude excellis, à Vario poeta inſigni ſcribi & celebrari poteris; vocatur in dubium an hic Varius ſit ille Quintilius, qui exercitum amiſit in Germania non ſine inteſtino Auguſti dolore, & quem optimum ſcriptorum cenſorem fuiſſe oſtendit Horatius in Poetica, ſed alium hunc eſſe à Quintilio illo ſine dubio ſentiendum eſt; de hoc de quo nunc loquitur Poeta meminit Fabius Quintilianus, & Cornelius Tacitus, qui exiſtimant fabulam eius Thyeſtem cuilibet Græcorum comparari poſſe, eam Aelius Donatus & Seruius Grammatici aiunt à plerisq; exiſtimari fuiſſe à Virgilio elucubratam, alij non à Virgilio ſed à Caſſio. Quintilius ille dictus eſt cognomento Varrus non Varius, quod oſtendunt verba quæ apud Suetonium leguntur. Quintili Varre redde legiones. oſtendit etiã aperte M. Manlij Carmen. Cum fera Ductorem rapuit Germania Varrum, alij Varum ſcribunt. Fortis.) magnanimus qui nihil reformidas, ſed non omnes qui videntur intrepide pericula ſubire, dici poſſunt, ex Ariſt. Sententia, fortes. nam qui ſpe quæſtus, aut gloriolæ comparandæ ſtudio ſe periculis obiectant, & cum hoſtibus ſine formidine dimicant, hanc laudem non promerentur, quare non vere fortis Hector apud Homerum, qui male

dictionem

dictionem fugiens intrepidus videri cupiebat, fortē igitur oportet perpetuo fortē eſſe, et propter honeſtatem, hunc etiā decet, ſi qua timenda ſunt, prudenter timere, nam qui nihil timēt nihil humani habent. Et Victor hoſtium.) qui Victoriam de hoſtibus reportaſti, ſuperaſti. n. Celtas, qui veri hoſtes erāt, vide Appianum. Mœonij carminis alite) auſpicio & omine carminis homerici, ponitur hic ales pro ipſo auſpicio, hoc eſt eo omine, eoq; felici euentu, quo ſunt ab Homero carmina ſcripta; quæ nunquā interibunt, & ætate procedente maiori putabuntur admiratione digna, Homerus .n. ille fuit, quem meritò Quintilianus Oceano confert, à quo initiū curſus fontes capiunt, & vim amnes, quem Ietæ poſt obitum tanquam Deum venerabantur, quod ex Varronis elogio colligitur, apud Gellium; Capella Homeri candida hoc tumulum indicat, q, Ietæ mortuo faciunt ſacra, ſic locus eſt corrigendus ſine dubio. Illi .n. Ietæ etiam teſte Suida ſunt appellati, vocatus eſt Homerus Mœonides, ſeu quia Mœonis filius fuit, ſeu quia fuit potius alumnus, vt quidam ſentiunt, alij a Mœonia regione ita dictū exiſtimant; carminis Homerici mentione facta, innuit Varium fuiſſe quoq; Epicum Poetam, ideſt Heroici carminis Scriptorem Homeri exemplo, Primum carmen fuiſſe hexametrū, quod cecinit Moſes, docet Ioſepus; Plinius tribuit Apollinis oraculo, Pauſanias refert omnium primam

Phœmonoen

Phœmonoen ceciniſſe, Carmina, vt Varro, prius caſmena, deinde carmena, poſtremo carmina dicta ſunt. Quamremcunq; .) figura Tmeſis pro quamcunq; rem, quodcunq; clarum & inſigne factum. Miles) ſingularis pro plurali. Ferox) animoſus. Geſſerit) fecerit, Te Duce) Te exercitum ducente, cuius prudentia & vigilantia tot inſignia facta Romanum nomen clarius reddiderunt, in Victoria .n. comparanda ſine controuerſia prima laus Duci tribuitur, & debetur; Quare Te ſte Plutarcho, Chabrias Athenienſis dicebat,

φοβερώτερόν ἐστιν ἐλάφων στρατόπεδον, ἡγουμένου λέοντος ἢ λεόντων ἐλάφου.

formidoloſior eſt ceruorum Exercitus leone ducente quam leonum Ceruo. Miles vt aliorum etymologias omittam, ex Aelio, dictus eſt à mollicie, κατ' ἀντίφρασιν. *Nauibus aut equis) bello nauali aut equeſtri, reſpexit ad Victoriam, quam retulit de Sexto Pompeio in mari ſiculo profligato, vt Appianus ſcribit; Diodorus putat Neptunũ primum omnium claßem ſtruxiſſe, & hac de cauſa maris Deum fuiſſe appellatum, cui equi inuentio ſimul tribuitur, hinc ludi conſuales equeſtres appellantur, à Conſo, quod nomen erat Neptuni, De his meminit inter alios Tertullianus vbi loquitur de ludis Circenſibus in opuſculo de Spectaculis; Lactantius Grammaticus in Theßalia, Terram Tri*

dente

dente percuſſam ſcribit à Neptuno, ex qua proſil uerunt equi duo, Scyphios & Arion, inde nata Theſſalicorum equorum præſtantia, equitandi artem primus excogitauit Neptunus, & hac de cauſa Pauſanias exiſtimat Hippion vocari. Nos Agrippa.) Horatius ſummiſſe ſe gerit, vt probum decet virum, qui nunquam ſe inſolenter oſtẽtat, & Socratem imitatur, qui Teſte Platone, vnum ſe dicebat ſcire quòd nihil ſciret, & ob id mortalium ſapientiſſimus fuit appellatus; òſtentatio .n. intempeſtiua odium concitat & inuidiam conflat, ſed vere ſeipſum Poëta iuſto modulo metiebatur, nam ſi ſe ad grauia ſcribenda natum eſſe cognouiſſet grauia tentaſſet, & Virgilij, cuius erat contubernalis, imitatione, in rebus Heroum geſtis carmine digno celebrandis operam poſuiſſet, aut tragicam maieſtatem nõ timuiſſet, quam Ouidius non timuit qui Medeam compoſuit, non ſine omnium applauſu, & qui cum eo amicitiam inſtituerat; ſed illa tantum eſt aggreſſus Horatius quæ ſuis conſentanea viribus cognoſcebat, ſin minus ſui fuiſſet præcepti oblitus. Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent, Quid valeant humeri. ſed redeamus ad interpretationem, ex qua ordinem etiã cognoſces. Nos tenues.) qui neq; magnam ingenij acrimoniam, neq; doctrinam habemus. Neq; conamur) neq; laboramus, quod Scribentium eſt.

Hæc

Hæc dicere) hæc tua facta referre. Nec ſtomachũ) iram cum fortitudine, Soſipater interpretatur ſimpliciter iram & vult eſſe Tapinoſin, ita etiam ſentit Diomedes, ſed de hoc infra. Pelidæ) Achillis Pelei filij; Cedere neſcij) qui neſciebat, vt eſt in prouerbio, dare herbam; vsq; adeo ſuis confidebat viribus Achilles, vt neminem ſe putaret valentiorem, quare non iniuria dicebatur Græcorum murus, & ſua etiam ſtatura ceteros perterrebat, nam ſi credimus Iſaacio nouem cubitis procerus erat, & qui à Chirone inſtitutus neſciebat, quid timor eſſet, ita vt forti præſentiq; animo in hoſtiles acies irrueret, & cum omnibus manus conſereret. Stomachus) propriè extremum gulæ vt Plinius docet, vſurpatur pro nauſea & pro indignatione, vnde ſtomachor verbum. Cic. 2. de natura Deorum hæc prodit, linguam autem ad radicem eius hærens ſtomachus excipit, quo primum illabuntur ea, quæ accepta ſunt, oris vtraq; ex parte tonſillas attingens, de hoc etiam loquitur Celſus lib. 4. cap. 1. Hoc in loco accipe ſtomachum iram cũ fortitudine Achillis in pugnando, ſiquidem ira fortitudinem acuit, Itaq; iram fortitudinis cotem appellauit Ariſtoteles, & hæc eſt acutior expoſitio, ni fallor, quam illa recentiorum. Nec curſus) nauigationes varias. Vliſſei duplicis.) Vliſſis verſuti, & callidi, nam vt ſimplex dicitur ingenuus, qui agit ſine fuco, & vultum ſermonemq;

habet

habet animo congruentē, ſic contra duplex eſt ille, de quo illud Horatianum dici poteſt. Animi ſub vulpe latentes, duplicem Amathuntiam apud Catullum Ego intelligo modo benignam, modo aſperā, vel fraudulentam, vt alij viri docti exponunt. videndum eſt qua ratione dixit Vlißei; Græce dicitur Ὀδυσσεύς, Latinè deberet reddi Odyſſeus hinc Vlyſſeus Vlyſſei, vſus tamen fecit, vt dicatur Vlyſſes Vlyſſis, Itaq; ratio illa eſt quæ cauſa fuit vt Poeta noſter diceret Vlyſſei, Grammatici alia quædam ſomniant. Per curſus intellige errores quos paſſus eſt in mari, præter .n. illos decē annos quos ad Troiam conſumpſit, per decem alios errauit; Nec ſæuam Pelopis domum) interpretare familiam, & progeniem immanem Pelopis, qui Tantali fuit filius, quid. n. immanius Atreo & Thyeſte, Pelopis filijs, quorum iræ fuerunt acerbiſſimæ vt alter fratris vxorem inceſtauerit, alter filios ficta reconciliatione Patri epulandos appoſuerit? quod Sol aſpiciens cum pati non poſſet fertur curſum auertiſſe. Fabulam plenius & fuſius enarrat Lutatius Statij Interpres vetuſtiſſimus in commentarijs in iiij. Thebaidos, & ex ea Tragædiam Seneca concinnauit. Grandia) hæc. n. omnia grandia ſunt & grauem requirunt Poeſim. Dum pudor) innuit fortaſse tempus fore, quo hunc timorem deponet, & audebit alta petere, ſed interea dum hac afficitur verecundia ſerpit humi, & non audet alas

explicare, vt euolet ad ſublimia. Dum pudor.) affectio quædã animi, quæ nos ſæpe deterret a rebus inhoneſtis, & ruborẽ gignit, ſiquid egimus quod nos ipſi turpe cognoſcimus. Imbellisq; lyræ Muſa potens) Euterpe aut Polyhymnia, de his .n. muſis meminit in prima Ode. Lyræ imbellis) lyrici carminis, quo potius ioci conuiuia & cetera id genus canuntur, quam illa quæ ſunt Epicorum, & ſententiarum verborumq; granditatem requirunt. Vetat) prohibet me grandia hæc tentare. Muſa dicta eſt παρὰ τὸ Μῶμαι *ideſt inquiro. Orpheus in hymnis putat dictas eẽ muſas quaſi* μελοῦσας *à dulcedine et ſuauitate cãtus, alij quaſi* ὁμοιοῦσας *.i. ſimul exiſtentes, ſic illa ſignificatur Encyclopædia, omnes .n. artes & diſciplinæ connexæ & coniunctæ ſunt, alij alia tradiderunt, Mnaſeas, teſte Arnobio, putat cæli et terræ fuiſſe filias, quod ſcriptum etiam reliquit Didymus, Phurnutus ait eſſe filias Iouis & Mnemoſynes, nam ſine intellectu & memoriá cognitio rerum comparari non poteſt, Alij tres, alij quatuor, alij nouem putarunt, vt Anaximander Lampſacenus, Pyſander Phyſicus, Euxemenes in libro* Θεολογουμένων.
Deterere laudes egregij Cæſaris) minores reddere, nam qui neſcit pro dignitate laudare, detrahit potius quam laudat, quare ſatius eſt tacere quàm pauca loqui, vt de Carthagine dixit Salluſtius.

Egregij

Egregij Cæſaris) Iulius verus eſt Cæſar, qui poteſt egregius dici & qui extra aliorum gregem eſt numerandus, nam ſi quæ ad bellum ſpectant conſideraueris, quis eſt ex Græcis & latinis imperatoribus, qui poſſit C. Cæſari merito conferri, ſi litteraturam, teſtem habebis Ciceronem, qui tanti viri ingenium & eloquentiam proſequitur diuinis laudibus, quis .n. acutior fuit, quis crebrior ſententijs, ſed hoc in loco intellige melius Auguſtum Cæſarem. Et tuas) quæ ad te Agrippa pertinent. Culpa ingenij) tarditate ingenij mei, qua merito inculpandus eßem, ſi illa meis imponere humeris auderem, quæ perferri non poſſunt.

Quis Martē tunica tectū adamantina
Dignè ſcripſerit? aut puluere. Troico
Nigrum Merionen, aut ope Palladis
Tydiden ſuperis parem?
Nos conuiuia, nos prælia virginum
Sectis in Iuuenes vnguibus acriū,
Cantamus, vacui, ſiue qd vrimur,
Non præter ſolitum leues.

Quis Martem?) quis pro dignitate poterit deum Martem vel bella canere, quibus præeſt Mars, niſi

a natura ſingulariq; doctrina ſit adiutus, Epopæia *.n. qua res bellicæ deſcribuntur, eſt illa, quæ multum accedit ad* Tragicam *maieſtatem, immo ex qua* Tragædiæ *multa acceperunt, nam vt ſcribit* Ariſt. *in* Poetica, *Homerus dedit tragicis poetis argumenta.* Per *Martem intellige Deum, vel bellum, in quo gerendo, magna opus eſt conſtantia & fortitudine, & idcirco dixit.* Tectum *id eſt munitum.* Tunica *adamantina) ueſte ex adamãte ſpecie ferri duriſſima, locutio eſt poetica quæ plena eſt hiſce figmentis, non ſine lepore & allegoria, nam per tunicam adamantinam, fortitudinẽ intelligimus quæ bellis gerendis eſt admodum neceſſaria, non ſolum ſimpliciter arma vt alij.* Mars, *vt Varro dicitur quia præeſt maribus in bello, ab Oſcis* Mamers *dicebatur, vnde teſte Feſto* Mamertini *dicti ſunt, uocatur ẽt a* Poetis *Mauors, quod magna euertat, vt Cic. docet, appellatus eſt quoq;* Gradiuus. *Liuius ait* Numam *Marti Gradiuo ſalios legiße;* Virg. *Gradiuumq;* Patrem *Geticis qui præſidet aruis, hoc nomen ei dicunt fuiße impoſitum quod gradatim ad bellum procedatur, ſeu quod in bellũ milites vltro citroq; gradiantur.*

Græci nonnunquam vocant Martem Ἀπάτορα *.i. ſine* Patre, *ferunt .n.* Iunonem *iratam* ꝙ Iupiter *ſine mulieris concubitu* Mineruam *genuiſſet, ipſam quoq; ſine viri coniunctione virtute cuiuſdã herbæ quam tetigit & quam ei* Flora Dea *monſtrarat*

rat, Martem peperiſſe, Pauſanias meminit de Marte Aphnæo, cuius templum erat in monte Creſio, Ouidius de Templo, quod ei dicatum eſt ab Auguſto, qui Mars vltor appellatus eſt, hanc ædem vouit Auguſtus bello Philippenſi, quod aduerſus Brutum & Caßium geßit, vt Cæſaris necē vlciſceretur; Tunica proprie veſtis eſt quæ carni adhæret, quare à Græcis dicta eſt cognomine ἐχέσαρκος, *quaſi quòd teneat carnem, Suetonius tradit, Auguſtum quatuor, hyeme, vſum fuiſſe tunicis, erat proprie veſtis ſine manicis, differebat à Toga, nam hæc exterior erat, illa vt diximus interior. Adamantina) duriſſima, quale ferrum illud eſt, quod adamas dicitur ab Heſiodi interpretibus; Aut puluere troico dignum Merionen) repete quis dignè dixerit Merionen, ſtrenuißimum virum de quo Homerus in Iliade.*

μηριόνης ἀτάλαντος ἐνυαλλίῳ ἀνδρειφόντῃ.

Meriones ſimilis Marti hominum interfectori. Dignum Troico puluere) Troiano bello, per Troicum puluerem expono bellum Troianum, vt intelligas Merionen illum fuiſſe, qui potuerit aduerſus Troianos pugnans ſuarum virium præſtantiam in Troianis campis, vbi puluis eſſe ſolet, oſtendere. Virg. Me nè Iliacis occumbere campis non potuiſſe? Aut ope Palladis) auxilio bellonæ. Tydidem.) Diomedem Tydei filium. Superis parem) qui cum dijs etiam pugnare auſus eſt, nam fingit Homerus

ab eo fuiſſe Martem vulneratum & Venerem. Nos conuiuia) Sume verbum Cantamus, in conuiuijs .n. Iocularia quædam dicuntur, & leuia, vnde notum eſt illud μισῶ μνάμονα συμπότην, odi memorem compotorem, nulla in conuiuijs habetur grauitatis ratio, & ea tantum dici ſolent quæ voluptatem afferant, & riſum moueant: ſed non tale coniuium exiſtimo quod Plato, Xenophon, Plutarchus & Athenæus ſcripſerunt, nec talia puto fuiſſe Lacedæmoniorum Sympoſia, quæ Phiditia dicebantur, Horatius loquitur de conuiuijs quæ Romæ ſolebant agitari, in quibus vt oſtē dit Martialis tot Cyathi hauriebantur quot erant litteræ nominis amicæ, Næuia ſex Cyathis, ſeptē Iuſtina bibatur. Nos cantamus, prælia Virginum) rix aspuellarū, quæ interdū amatoribus iraſcuntur, breui tamen tempore, vt magis inflamment; nam verè dixit Terentius, iræ amantium amoris redintegratio. Acrium) ferocium. Sectis Vnguibus in Iuuenes) quæ ſuos vngues ita ſecuerunt & acutiores conſulto reddiderunt, vt Iuuenis amatoris faciem magis exulcerarent, in quam ira percitæ cb aliquam acceptam iniuriā inuolant, vt non ſe faciles & parabiles oſtendant, quo poſtea contemnantur, vel interdum propter Zelotypian, alij ſecus ſentiunt, ſed quo pacto acres puellæ dici poſſent, niſi ita ſectos haberent vngues, vt vere poſſent exulcerare, & cum acres & iratæ ſunt mulieres

præcipites aguntur, malum futurum non cogitãt & vltorem non timent, ſed aliorum ſententia mihi prorſus non diſplicet. Vacui) ab omni cura & ſolicitudine amoris. Siue quid vrimur) ſiue nos etiam more iuuenum cupidinis facibus torremur & amoris incendia patimur; illud quid, vel interpretare propter aliquid .i. propter aliquam puellã, vel græca eſt locutio, vt alij ſentiunt, quod mihi non diſplicet, alij legunt quòd pro quia. Leues) nihil grauitatis & conſtantiæ habentes, nam quid leuius puellarum amatore, qui neſcit in loco perſtare, hinc alatus Cupido. Non præter ſolitum) reſpexit ad leuitatem eorum qui puellas frequenter depereunt, ſiue ad morem ſuum, qui iam inde ab adoleſcentia ſolitus erat puellas adamare & hoc leuitatis vitio laborare.

Ode. VII.
Ad Munatium Plancum.

Laudabunt alij claram Rhodon aut
 Mitylenen,
 Aut Epheſũ, bimariſue Corinthi
Mænia, vel Baccho Thebas, vel Apol
 line Delphos
 Inſignes, aut Theſſala Tempe.

Sunt quibus vnum opus eſt intactæ Palladis Vrbem
Carmine perpetuo celebrare, &
Vndiq; decerptam fronti præponere oliuam.
Plurimus, in Iunonis honorem,
Aptum dicet equis Argos, Diteſq; Mycenas,
Me nec tam patiens Lacedæmon
Nec tam lariſſæ ꝑcuſſit cãpus opimæ
Quã domus Albuneæ reſonantis.

Ode eſt ad Plancum, cui ſignificat ſe adeo Tyburtinæ regionis amænitate captum eſſe vt omnibus illam locis præferat, quæ ab alijs celebrantur, hortaturq; eum vt voluptatem capiat, ſemperq; ſpem bonæ fortunæ concipiat, & ſumit exemplum à Teucro qui cum exularet, hortabatur ſocios, ut animo eßent præſenti, & curas abigerent. Laudabunt alij claram Rhodon.) Aliorum erit cura laudare Rhodon inſulam maris Lycij celeberrimam Claram) inſignem, vel claram quia nullus dies eſt adeo nubilus quin ibi ſol appareat, vt teſtatur Solinus, dicta eſt à Rhodo puella quam ſol adamauit, vt inquit

quit Diodorus, conſtat inſulam illam fuiße paludibus obrutam & admodum humidam, ſolis calore exiccatis humoribus terram fertilem factam eſſe. Euſtathius in Dionyſium tradit inſignem fuiße ſtatua Solis qui coloſſus dicebatur, vnde Rhodij Coloſſenſes appellati ſunt, eodem Euſtathio Teſte, ibi ēt conſeruatus eſt non ſine ſpectantium admiratione Perdix à Protogene depictus. Strabo Scribit Rhodios vſq; in Iberiam nauigaße, & alteram Rhodon ædificaſſe. Aut Mitylenen) oppidum Lesbi. Aut Epheſum) Vrbem Ioniæ celeberrimam, vt Stephanus ſcribit. Herodotus tribuit lydiæ, vocata eſt Smyrna a nomine Amazonis, fuit ibi templum Dianæ celeberrimum, prius in concauo loco fuit habitata, & cum fuiſſet hyemalibus aquis obruta non ſine magna ciuium ſtrage, à Lyſimacho in eum locum traducta eſt, vbi nunc ſpectatur, & Arſinoe cæpit appellari ab vxore ipſius lyſimachi, quo mortuo receptum eſt priſtinum nomen, Hæc ex Stephano. Bimarisuè Corinthi Mænia) repete alij laudabunt: Mænia) ædificia. Corinthi Bimaris) quæ in iſthmi fine poſita eſt & principio peloponneſi vt ait Pindari interpres, inter mare Aegæum & Ionium, prius Ephyre dicta eſt ab Ephyro filio Myrmecis vt Hecatæus, vt alij, à Nympha oceani filia; Hic floruit Timoleon Corinthius, de quo Plutarchus, hic Eumelus qui Corinthiaca ſcripſit, putauitq; Corinthum appellari à Corintho Marathonis

thonis non Iouis filio. Hic exulauit Dionyſius Syracuſanus, & ludi magiſter fuit, vt Valerius refert, hinc in Italiam Demaratus venit, pater Lucumonis, de quo meminit Strabo, diruta eſt à Mummio vt Liuius, Florus, & Cornelius Nepos memoriæ prodiderunt; à Corintho Græci verbum deducunt χοριυθιάζειν *.i. meretriciam artem exercere, Ibi .n. multæ olim Meretrices fuerunt, quæ cogebant homines decoquere, & hinc prouerbium, non omnium eſt adire Corinthum, Aſt aliter Gellius interpretatur de Laide mentionem faciens. Vel Baccho Thebas) intelligimus Vrbem Bœotiæ, quam Cadmus condidit Agenoris filius, & quæ Baccho & Hercule ſunt inſignes, nam & alibi Thebæ leguntur, vt in Aegypto, quæ centum habebant portas vt ſcribit Diodorus. Iuuenalis meminit de Thebis Bœotijs vbi dicit, Rari quippe boni numero vix ſunt totidem, quot Thebarum portæ, vel diuitis hoſtia Nili, fuerunt etiam Thebæ in Italia, vt Stephanus ſcribit, qui multas alias huiuſce nominis vrbes receſet & qui putat Thebas dictas eſſe à filia Promethei, ſed Euſtathius ab Aſopi filia deducit; huius Bœotiæ vrbis mœnia, Amphion ſuo concentu cõſtruxit, ut eſt in fabulis, unde ab Horatius dictus eſt, Thebanæ conditor Arcis, fuit hic Iouis & Antiopes filius (vt ſcribit Hyginus) qui accepta (vt aiunt) à Mercurio lyra, tã dulcia ad eam carmina cantabat, vt ſponte ſua lapides ad*

murorum conſtructionem concurrerent, quod ideo fictum eſt, quòd fabri ceteriq; operarij quamuis duro eſſent animo Amphionis cantu allecti & perſuaſi certatim Thebarum mœnia moliebantur. Aut Apolline Delphos) Delphi, orum: declinantur, ab Horatio & ab alijs, ab Ouidio Delphos vt Delos, libro quarto de Triſtibus. Hæc mihi ſi Delphos Dodonaq; diceret ipſa, Ciuitas eſt iuxta Parnaſſū in Phocide, vbi Adytum eſt ex quinq; lapidibus auctore Stephano, quod opus fuit Argamedis, & Trophonij, dicuntur Delphi, quia enauit Apollo in Delphinis formam conuerſus, & illic dicato Templo coli cœpit. Aut Theſſala Tempe) Tempe loca amœniſſima Theſſaliæ inter Olympum & oſſam Theſſaliæ montes altiſſimos, quæ quidem æſtiuo tempore arborum opacitate, fontium ſcaturigine, auium concentu, & leni inſtar olei Penei fluminis fluxu maximam ſpectantibus afferunt hilaritatem, ſi quis horum locorum ſitum cognoſcere velit, legat tertium librum Aeliani de varia hiſtoria. Callimachus etiam meminit.

πηνειὸς ἑλισσόμενος διὰ τεμπέων,

Peneus qui voluitur per Tempe, quare ſine dubio græcum eſt vocabulum, contra Lutatium qui putat Tempe dicta eſſe à temperie. Sunt quibus vnū opus eſt) ſunt qui hoc vnum tantum laborant. Carmine perpetuo celebrare) carmine quod immortale futurum ſit, vel continuò, vel (vt alij) vnius

vnius tantum metri, laudare & extollere. Intactæ Palladis Vrbem) Athenas Palladi virgini conſecratas, & illius nomine appellatas, quas etiam Pindarus Thebanus celebrauit, quamobrem à Thebanis multatus eſt, qui pati non poterant Athenienſium gloriam, ſed pro Pindaro Athenięſes multam perſoluerunt, Ariſtophanes appellauit λιπαρὰν χθόνα παλλάδος. *pinguem Terrā Palladis, per quam atticam regionem intelligimus vbi erant Athenæ, frugum & olei inuentio huic vrbi ab Ariſtophanis interprete defertur. Auſonius hæc de Athenis. Nunc & Terrigenis patribus memoremus Athenas, Pall ados & Conſi quondam certaminis arcem, Paciferæ primum cui contigit arbor oliuæ; Attica facundæ cuius mera gloria linguæ. Pallas intacta fertur, quia virgo fingitur, Diodorus ait Deam Mineruam aërem vocatam, & Iouis filiam dici, & virginem fuiſſe quoniam aër non corrumpitur, & ſublimiorem locum tenet, quapropter ex vertice Iouis nata fertur, dicta eſt Pallas à Pallante Gigante interfecto vt inquit Seruius, vel à Palude Pallante ubi nata eſt vt Feſtus, vel* ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ. *.i. ab haſta vibrāda, Plato putat* ἀπὸ τοῦ ἄλλεσθαι *.i. à ſaliendo, vel vt Didymus,* διὰ τὸ παλλομένην τὴν καρδίαν τοῦ Διονύσου προσκομί-

ται τὸ Διὸ quod palpitans cor Dionyſii Ioui attulerit. Et vndiq; decerptam fronti præponere Oliuam) repete ſunt quibus unum opus eſt præponere oliuam fronti, ornare frontem corona oleagina olea .n. Mineruæ tribuitur, propterea quod ſemper viret, & oleum ſincerum eſt, ſic etiam virginitas, alij hanc arborem Deæ tribuunt, quod Pacis Symbolum ſit, quæ amica eſt ſapientiæ. Vndiq; decerptam) hic locus difficilis eſt, vt vix verus eliciatur ſenſus, dicam tamen quod ipſe ſentio, & aliorum opiniones ceteris excutiẽdas relinquã, Victores Athenis olea coronabantur, quare Poeta ſignificat nonnullos Mineruam & eius Vrbem tantum venerari, vt vbicunq; morentur, corona illa ſuum exornari caput deſiderent, cur .n. litterarum ſtudioſi & ſapientiæ amatores, quanuis Athenis non viuant, illo debeant ornamento priuari? itaq; expono vndiq; ex quolibet loco vbi diuerſantur, non ſolum Athenis. Sunt viri docti qui legãt. Vndiq; decerptæ frondi præponere oliuam, quod ſi verũ eſt, ſenſus adeo facilis videtur, vt nulla indigeat interpretatione, præfertur .n. ſic oliua cunctis arboribus. Plurimus) alij Poetæ qui plurimi ſane ſunt, vt Iunoni gratum faciant, Argos celebrant, quod aptum equis appellat, Homeri imitatione, qui vocauit ἱππόβοτον, habet enim optima paſcua, vbi equi nutriuntur, eſt vrbs Peloponneſi

cla-

clariſſima, quæ vt ſcribit Stephanus vocata eſt φορωνικὸν ἄστυ, *Ciuitas Phoronei, ſunt & aliæ huiuſce nominis vrbes, quæ apud Stephanum leguntur, ſed hoc Argos de quo nunc loquimur a* Phoroneo Rege *conditum eſt Auctore Plinio; Hyginus & Euſtathius putant dictum fuiſſe ab Argo Agenoris filio, & ab eo extructum; Hæc Vrbs multis claruit ornamentis, inter quæ maximũ eſt illud, quod de Cleobi & Bitone Argiuis traditum eſt ab Herodoto, qui matrem, ſuis corporibus plauſtri iugum ſubeuntes ad Iunonis templum perduxerunt. Diteſq; Mycenas) vrbs eſt* Peleponneſi, *quæ nomẽ habuit a Mycenæo Spartonis filio, vel a capulo gladij quem geſtabat* Perſeus, *qui Mercurij iuſſu hanc vrbem condidit eo in loco, in quem capulus gladij ſui ceciderat, qui græce* μύκη *dicitur. alij* Mycenas *dictas autumãt a mugitu Iûs in bouem conuerſæ, vide Stephanum. Me nec tam patiens Lacedæmon) ſume verbum, quod infra eſt percuſſit, non tantum Sparta mihi cor tetigit, ad ipſius laudes celebrandas, Lacedæmon .n. Sparta aliter vocata eſt, lacedæmon à lacedæmone heroe, Sparta a Sparto Amyclantis filio, vel à Spartis, qui, vt* Timagoras *inquit, cum in laconicam regionem incidiſſent Spartam a nomine ſuo appellauerunt, vide Stephanum, dicta eſt patiens, nam vt* Cic. *Iuſtinus, Plutarchus, & alij,* Lacedæmonij *fuerunt*

runt ſitis, famis, æſtus, & frigoris, patientiſſimi, apud quos pueri perferendis verberibus aſſueſcebant. Nec tam Lariſſæ percuſſit campus opimæ) nec tam fertilitas agrorum Lariſſæ opulētæ me percuſſit & excitauit ad laudandum; Lariſſa eſt ad Peneum fl. cui ab oriente adiacet Boebeis lacus, & Pheræ oppidum, ab occaſu Bermius mons, à Septentrione olympus, hanc Theſſalicam lariſſam Acriſius condidit, vt ſentit Doctiſſimus Apollonij Interpres. Quam Domus Albuneæ reſonantis) domus .ſ. Tiburtina, propè albuneam fontem, ſuauiter murmurantem. qui vt ſentit Acron nomen accepit ab Albunea Nympha.

Et præceps Anio & Tiburti lucus &
Mobilibus pomaria riuis, (vda
Alb⁹ vt obſcuro đterget nubila cælo
Sæpe Notus, neq; parturit imbres
Perpetuos, ſic Tu ſapiens finire me-
Triſtitiam, vitæq; labores (mēto
Molli Plance mero: ſeu te fulgentia
ſignis
Caſtra tenent, ſeu denſa tenebit
Tiburis vmbra tui: Teucer ſalamina
Patremq;

Cum fugeret, tamen vda lyæo
Tēpora populea fertur vinxiſſe co-
Sic triſtes affatus amicos. (rona

Et præceps Anio) Anio flu. qui & Anien dicitur, vnde lympha Aniena apud Propertium, hic per Tibur fluens per loca quædam prærupta magno cũ ſtrepitu & impetu deſcendit, & in Tiberim tandem ſe abſcondit. Tiburti lucus) ſylua opaca propè Tibur à Tiburto conditore dictum, alij docti viri legunt Tiburni. Et vda mobilibus pomaria riuis) loca pomiferis arboribus conſita. Vda) quæ irrigantur riuis mobilibus non ſtagnantibus, ſed per hortos leniter fluentibus, quod ſpectantibus eſt per iucundũ.. Albus vt obſcuro) docet non ſemper animum curis eſſe differendum, ſunt .n. illæ deponendæ, & omnia, quæ accidunt, in bonam partem accipienda, hilariter viuendum eſt, quid enim iuuat, ſiquid aduerſi contigerit, confici doloribus? Proinde noſter Poëta Plancum Hortatur, vt expuat animi miſerias, ſumitq; exemplum à Noto qui non ſemper pluuias gignit, ſed interdum fugat nubes, quod in Africa fieri docet Ariſtoteles. Auſter .n. apud Afros ſimilis eſt Boreæ, qui apud nos ſerenum reddit Aëra. Vt albus Notus) vt Auſter albus qui cum nubila è cælo expellit albus dicitur ab effectu, nam facit aerem purum & album, & ea de re λευκόνοτος *à Græcis dicitur. Sæpe*

tergit

deterget nubila) ſæpe nubes in fugam vertit. Cælo obſcuro) ex aëre qui prius obſcurus erat denſis nubibus. Neq; parturit) neq; gignit Metaphora eſt Perpetuos imbres)continuas pluuias,Imber a Græco ὄμβρος. Sic tu ſapiens) fungens officio ſapiẽtis,qui non multum cruciatur rerum humanarum euentu, quid. n. vt inquit Plato, eſt in humanis, quod non ſomnijs conferendum ſit. Memento finire triſtitiam) recordare mæſtitiam ex animo tuo delere. Vitæq; labores)& memento finẽ imponere laboribus & ſolicitudinibus,quibus angimur dũ vel honores vel diuitias nimiũ concupiſcimus. Molli mero) vino quod molles reddit homines,vinum .n. eſt illud quod animum exhilarat, & laſciuire facit,vel molli. i. defecato & non nimis auſtero, quòd facile concoquatur, Virg. Tunc agni pingues tunc & molliſſima vina. Siquis .n. temperatè vino vtitur,conſulit corporis valetudini,& animi lætitiæ, aqua .n. vt aiunt, atram auget bilim; Siquis vero modum exceſſerit,vt græco more bibat, corpore erit inualido, nã nimio vini vſu calor naturalis diminuitur, et iecur tabeſcit,præterea mẽte captus uidebitur,vt ſæpe furioſus hùc et illuc vagetur,quare non iniuria Plato vult pueros vſq; ad decimum octauum annum debere vino abſtinere, ne corpus ante diem eneruetur,& animus paulatim vitietur,laudat Lacedæmonios qui ab ebrie-

tate abſtinebant, vituperat Lydos, Perſas, Thracas, Carthaginienſes, Celtas, & Iberos, qui ſunt vinolenti. Ariſtoteles in libro de Ebrietate, vt ait Athenæus, tardius fieri dicit ſenes ebrios, quàm Iuuenes ob naturalis caloris debilitatem; Apud Maſſilienſes lex erat uetus vt feminæ aquam biberent, Mileti ad ſua vſq; tempora Theophraſtus teſtatur idem fuiſſe lege cautũ, apud Romanos olim neq; domeſtici neq; liberæ mulieres uinũ potabant; neq; iuuenes qui ad trigeſimum annum non perueniſſent. Vituperatur Anacreon qui ſæpe in ſuis poematis de ebrietate loquitur. Inter animantia ebrietatem patiuntur ſi vinum biberint, vel ſi fracibus paſcãtur, ſues, genus ceruorum, canes ſi œnanthen comederint, Simia, & Elephas. at ebrietas voluptatem affert, vt aſſerit Crobylus. Seu caſtra fulgentia ſignis) vexillis, vario colore de pictis, aut argentatis. Tenent te) remorantur; Seu vmbra denſa) opacum nemus. Tiburis tui) quod tu frequentare ſoles, ſeu, vt alij, vnde tu es oriundus. Tenebit te) ſua amœnitate deuinciet, quaſi dicat ſeu militabis, ſeu Tibure otiaberis, & opacũ frigus captabis viue animo hilari. Teucer ſalamina patremq;) multi ſunt momenti antiquorum exempla, quæ magis mouent quàm verba vt ait Lactantius. Teucer Telamonis filius a Patre cum Aiace Fratre ad bellum Troianum miſſus, vt alter ſine altero non rediret, locum quærebat, vbi commode, Patris imperiũ

timens,

timens, mortuo Fratre, poſſet habitare; interea non poterat non multa pati incommoda, itaq; fortem agens virũ æqui boniq; faciebat omnia, voluptates capiebat interdum, ſociosq; hortabatur, vt animis non caderent, ſperabat .n. ex Apollinis oraculo ſe tandem eò peruenturum, vbi alteram Salamina condere poſſet. cum fugeret ſalamina) inſulã Atticæ regioni adiacentem; græcus caſus eſt, Salamis & Salamin dici poteſt, vocata eſt aliquando Cychræa à quodam Cychræo de quo meminit Lycophron & Arrianus. Hic expulſus eſt ex inſula ab Eurylocho; circa Salamina fretũ fuiſſe aiunt, quod terris implere tentauit Xerxes, ſed in fugam verſus non potuit; Euſtathius in Aphrum. Patremq;) Telamonem. Fertur Vinxiſſe) ligaſſe circumdediſſe. Virg. in 8. Populeis adſunt euincti tempora ramis. Corona populea) ex populo arbore, quæ Græce λεύκη dicitur & Herculi ſacra eſt, inter alios Epiphanius refert ea de cauſa populum arborem in Herculis tutela eſſe, vt Poetæ fabulantur, nam Phyſici per Herculem tempus accipiunt, dicuntq; ideo populum ei tribui, quia bicolor eſt, & tempus duplicis etiam coloris eſſe videtur, diurni & nocturni, per coronam populeam nonnulli intelligunt fortitudinem, quam oſtendit Hercules ad inferos deſcendens populeam geſtans coronam, ſed iſti rationem ignorant temere loquentes, ratio ſuperior probanda magis eſt. Tempora vda lyæo)

vino madidum caput, non quod vino lauaretur, ſed reſpexit ad vini vapores qui è ſtomacho ad caput ſurgunt. Tempora partes capitis quæ primum caneſcunt, & ætatis noſtræ tempora indicant, & hinc nomen acceperunt. vſurpantur per toto capite Synecdochicôs. cum ebrij ſunt homines, tempora ipſa moleſtis meraci vini vaporibus magis vrgentur, poſuit Lyæum quod nomen eſt Bacchi pro ipſo vino. Lyæus dicitur ἀπὸ τοῦ λύειν, quod eſt ſoluere, vinum .n. ſoluit liberatq; homines à curis, hic etiam à Latinis liber appellatur, qui fertur Indos viciſſe (vt ſentit Placidus) quia gens illa eſt nimis vino dedita, qui pingitur iuuenis, quia nunquam ebrietas matura eſt, vel quia more iuuenum ebrij vel ſi ſenes ſint ineptiunt, qui nudus; nam vinolentia cogit arcana fateri. Sic triſtes affatus amicos) ſic allocutus eſt ſocios, Triſtes. qui non poterant non affici triſtitia poſtquam patriam qua nihil dulcius, reliquerunt.

Quo nos cunq; feret melior fortuna Parente
Ibimus, O ſocij comitesq;
Nil deſperandum Teucro duce & auſpice Teucro
Certus .n. promiſit Apollo

Ambi-

Ambiguã tellure noua Salamina fu-
O fortes peioraq; paſſi (turam
Mecũ ſæpe viri, nunc vino pellite cu
Cras ingẽs iterabim⁹ æquor. (ras

O Socij comitesq;) Vlyßes apud Homerum ὦ φίλοι Fortuna melior parente) benignior patre meo Teucro, qui hanc legem impoſuit, vt Patriam nunquam repeterẽ ſuperſtes, altero fratre mortuo. Horatius meminit de Fortuna de qua nunquam Homerus, teſte Pauſania, legitur apud illum Tyche, ſed vna eſt Nereidum, de Fortuna meminit Ariſt. lib. ij. Phyſicorum, inopinatus rerum euentus à grãmaticis definitur, ignoratio rerum fecit, vt mortales multa fortunæ tribuerent, nihil .n. ſine cauſa cõtingit, ſed quis eſt qui Dei calleat arcana, niſi diuino ſpiritu fuerit afflatus, veteres veritatis inſcij tanquam Deam coluere, multaq; Romæ fortunæ templa & cognomina leguntur, quæ longum eßet perſequi: legitur primogenia, virilis, muliebris, exquilina. Statius meminit de Præneſtina cuius duo erant ſimulachra, & ob id præneſtinæ Sorores dicebantur. Et Præneſtinæ poterant migrare ſorores. dicebatur etiam Proſpera, obſequens, viſcata, equeſtris, conuertens, Calua, Reſpiciens. Fors fortuna, et alia etiam habet cognomenta; Plinius lib. xiij. vnã tantum ponit præneſtinam, cuius ſimulachrum,

craſſiſſima auri lamina contectum dicitur, Et idcirco Clitomachus ſcripſit, Carneadem dicere ſolitum, Nunquam fortunatiorem quàm præneſte vidiſſe Fortunam; Erat & Antij templum fortunæ, unde Caligulam monitum a Fortunis Antiatinis, vt à Caſſio caueret, ſcribit Tranquillus. Nil deſperandum) poteſtis optimam ſpem concipere & omnia vobis polliceri. Teucro duce) me Teucro vos ducente, qui noctes atq; dies cogito, quo pacto poſſim veſtræ ſaluti & commoditati conſulere. qui ducem ſequuntur, à Ducis prudentia & conſilio pendent, Proinde Vlyſſes apud Homerum hortatur ſocios, vt bono ſint animo & nihil timeant, ipſi enim teſtes ſunt locupletes, eius virtute & ſagacitate, ſe periculum euaſiſſe, quod procreatum erat à Polyphemo, puto poëtam noſtrum ad Homeri carmina reſpexiſſe, cum ita loquentem fecit Teucrum. Et auſpice Teucro) Auctore Teucro, primo Epiſtolarum dixit, Auſpice Muſa, ſed Auſpex propriè eſt is qui præeſt nuptijs celebrandis, qui dictus eſt ab auibus inſpiciendis. Certus Apollo) qui certa reſpondet, in eo enim Veteres verſabantur errore, vt à malis Genijs, quos tanquam Deos colebant, verè poſſe futura prædici exiſtimarent. Orpheus canit Themin Deam primum oracula dediſſe hominibus apud Delphos, & ante Apollinem legimus quoq; Tellurem nocturna dediſſe reſponſa, Pindari interpretes dicunt, Pana dediſſe Arcadibus, omitto co

lumbas

lumbas fatidicas, quæ à Syria Dodonam euolarũt, Diodorus Siculus in vita Philippi narrat, quo pacto Delphicum oraculum ſit inuentum; Antiquitus .n. rumor increbuit, capras oraculum inueniſſe, quare Delphici, ætate etiam Diodori, Capras mactabant in oraculo petendo, quod ita repertum dicunt. Quum eo in loco vbi templi Adytum erat, terra diſceſſiſſet, & paſcentes capræ circum vagarentur, contigit, vt in illum terræ hiatum capra quæpiam deſcenderet ſtatimq; exultare inciperet, & inſolitam vocem emittere, quod paſtori maximam attulit admirationem qui voluit etiam in locum illum deſcendere, vt cuncta inſpiceret, illico eodem quo capra furore correptus eſt, cæpitq; futura prædicere, diſſipatus eſt rumor, & cum alij voluiſſent experiri, idem paſſi ſunt, ſed quia nonnulli in voraginem illam deſcendentes, concepto furore præcipitabantur & interibant, factum eſt, vt mulier eſſet præficienda oraculis edendis, & machina quæ à tribus pedibus tripus appellatur erecta eſt, ſuper quam & diuinitus affari & conſulẽtibus reſpõdere illa poſſet. diximus quo pacto ſit oraculum inuentum, progrediamur ad reliqua. Ambiguam ſalamina futuram tellure noua) alteram ſalamina condendam eſſe à nobis in Cypro, quam inſulam Tellurem nouam appellauit, nam ad illam nouè peruenturi erant, cum antea nunquam fuiſſent. Vocauit Ambiguam Salamina) nam altera

condita, qui audiret Salamina neſciebat, vtra eſſet intelligenda, an illa quæ à patre an quæ à filio poſſideretur. O fortes peioraq; paſſi) O magnam captat attentionẽ, vt Virg. O paſſi grauiora. Nũc vino pellite curas) vini potione quod eſt cõtra bilim atrã, quod triſtes animos lætificat, & diſcutit ſolicitudines quæ vos anxios et ſolicitos habent, nũc dicite, Ite procul curæ durum genus. Cras iterabimus) iterum ſulcabimus. Ingens æquor) vaſtum mare, inuitat ad laborem forti animo ſubeundum ut Vlyſſes apud Homerum, cuius Carmina ita ex tempore mihi libuit conuertere.

O Socij neq; .n. ignari ſumus ante malorum
Hoc non eſt grauius, quam cum Polyphemus in antro
Cæperat, horrendo & robuſto corpore vaſtus,
Sed tamen hunc aſtuq; meo & virtute ſagaci
Fugimus, oblitos quod non vos eſſe putandum eſt,
Eia agite & dictum concordi mente probemus,
Tonſis pulſate in tranſtris maria alta ſedentes.

Ode. VIII.

Ad Lydiam.

Lydia die per omnes
Te Deos oro, sybarim cur properes amando
Perdere, cur apricum

Oderit

Oderit campum patiens pulueris
Cur neq; militaris (atq; ſolis.
Inter æquales equitet, gallica nec
Temperet ora frænis, (lupatis
Cur timet flauum Tiberim tange
re? cur oliuum
Sanguine viperino
Cautius vitat. neq; iã liuida geſtat
Brachia, ſæpe diſco (armis
Sæpe trans finẽ iaculo nobilis ex-
Quid latet, vt marinæ (pedito?
Filium dicunt Thetidis, ſub lacry
Funera, ne virilis, (moſa Troiæ
Cultus in cædem & lycias prori-
peret cateruas?

Dum Lydiam meretriculam precatur tacitè increpãs, interrogat cur ſic amoribus implicitũ detineat Sybarim Iuuenem, vt turpiter vſquequaq; otietur. & illas relinquat exercitationes, quæ in iuuenili ætate multum laudantur, & ſic Lydiam & Sybarim vellicat. Lydia dic per omnes te deos oro) hæc interrogatio non eſt ſine exprobratione, o Lydia dic mihi

mihi,oro te per cunctos Deos, & hoc non ſine ludibrio. Cur properes) cur perſeueres ſine temporis intermiſſione, omni cum diligentia & arte. Amãdo) actiue & paſſiue accipi poteſt contra diſſentientes. Perdere Sybarim) ad miſerias redigere, vt tandem omnia tibi deditus amittat,nam(vt ait ille) amare & ſapere vix dijs conceditur, & qui in amoris rota verſatur, vt oſtendit Alceſimarchus adoleſcens in Plauti Ciſtellaria,exanimatur, differtur, diſtrahitur, nullam animi mentem habet. Cur patiens pulueris atq; ſolis) qui prius puluerem & æſtum libenti animo patiebatur. Oderit) fugiat. Campum apricum) ſoli expoſitum,vbi prius cum alijs iuuenibus exercebatur, vt ita aſſueto corpore, cum opus eſſet militare, facilius calorem perferret, dicitur locus apricus, & ſenex apricus, qui ſolis calorem quærit alſioſus exiſtens, qualem Horatius ſe ipſum innuit fuiſſe dicens. Me primis Vrbis belli placuiſſe domiq;, Corporis exigui præcanum ſolibus aptum. Cur militaris) qui prius erat militiæ deditus. Neq; equitet)equitatione non delectetur, cuius debent eſſe ſtudioſi militares, vt Cæſar erat, teſte Suetonio, & Plutarcho qui ſcribit adeo facilem fuiſſe Cæſari equitandi vſum, vt reflexis in terga manibus, equum velociſſimis concitare curſibus conſueuerit. Perſæ, vt inquit Herodotus, docent filios ſagittas iacere, & bene equitare, Chryſantas apud Xenophontem adeo

laudat

laudat equitandi peritiam, vt exiſtimet ſe hominē fore volucrem, ſi bonus fuerit eques. Iuſtinus teſtatur Parthos equis omni tempore vehi, equis bella, equis publica, equis priuata obire munera: Equitatio, vt ait Plinius, Stomacho & Coxis eſt vtiliſſima. Inter æquales) coæuos, nam qui ſunt eiuſdem ætatis, ſæpe ſociantur, & ſcitum illud verum eſt, φίλοτιτα ἰσότιτα 'εἶναι, amicitiā eſſe æqualitatem; pueri vt ait Euripides cum pueris, ſenes cum ſenibus, mulieres cum mulieribus facillimè congregantur. Nec temperet) nec compeſcat. Ora gallica) ora equorum gallorum, equos Ibericos celebrat Dionyſius, canes gallicos Varro, quare vel locorum vicinitate poſuit equos Gallos pro Iberis, aut verè gallos intelligit. Frænis lupatis) quæ lupata & lupi vocantur, nam dentes luporum præſeferunt, teſte Seruio, ſunt .n. equi Sternaces, qui niſi frænis compeſcantur, facile Seſſorem excutiant, Frena, vt canit Virgilius inuenta ſunt à Peletronijs, frena Peletronij lapithæ gyroſq; dedere. Cur timet tangere Tiberim) cur abſtinet vt Claudiani vtar vocabulo natatu, quo prius delectabatur. Auguſti .n. tempore adoloſcentes in natando multum operæ ponebant, Auguſti nepotum exemplo. Itaq; ſiquis aut neſciebat natare aut litterarum erat expers, male audiebat, Iulius Cæſar, quam bene hanc natandi artē calluerit refert Plutarchus, Delij etiam profitebantur, vt inde natum

ſit

ſit prouerbium, Delius natator. Hoc nomen vſurpauit Ouidius, q̃uis latinitatis exempla ſint potius ab hiſtoricis & oratoribus quàm a Poetis ſumenda, tamen cum hiſtoricorum & oratorum vocabula deſunt, non me pudet ad Poetas recurrere. Flauum) non valde turbidum, quamuis ſæpe turbidus videatur, ſed potius album colorem cum viridi habentem, diximus enim ex Gellio, flauum conſtare ex albo ruſo & viridi, æſtiuo tempore ſæpe flauus apparet Tiberis, & notum eſt Albulam fuiſſe dictum, vt alibi diximus, nam albeſcit interdum ſereno aëre, & pluuijs per multos dies ceſſantibus, hæc interpretatio magis pertinet ad Poetæ ſententiam, nam tunc natabant adoleſcentes, cum flauus non multum turbidus erat Tiberis, Flauus .n. ſæpe videtur æſtiuo tempore, cum per aliquot dies non pluit, nonnulli ſecus ſentiunt. Cur vitet) fugiat, Oliuum) oleum quo Atlethæ perunguntur, & quod ceroma vocatur à Iuuenale, fiebat hoc ex oleo & quodã luti genere, lucta .n. antiquiſſima eſt, vt in ea Plato ẽt, teſte Plutarcho, ſe dicatur exercuiße, perungebantur Atletharum membra oleo, vt magis eßent lubrica, & comprehendi facile ab aduerſario non poſſent, & vt eſſent magis flexibilia. Cautius ſanguine viperino) magis cautè, quam ſi èuitandus eßet ſanguis viperæ, quæ venenata eſt. Aelianus libro primo de animalibus ſcribit, marẽ ex viperis à femina in coitus fine perimi, nam nimia

mia amoris ſignificatione ita marito circa collum inhæret, vt morſu caput eius abſcindat, ipſa prægnans remanet, quæ tempore ſuo non oua parit ſed animatos fœtus edit, iam iam idoneos ad perniciē hominum, nam dum pariuntur matris vterum di lacerant, quaſi patris necem vlciſcentes, Idem Aelianus in xv. recitat ſententiam Theophraſti, qui ſcribit viperæ catulos matris vterum non excedere, neq; vt ita dixerim foribus effractis obſtructum exitum perrumpere, ſed potius feminæ vterū nimis anguſtum eniti nō poſſe ſed diſrumpi. Aelianus putat hoc eſſe veriſimile, accepto exemplo à belonis marinis, quas quidam ex latinis acus appellant, idem .n. illas pati ait. De vipera Plin. etiā & Ariſt. loquuntur, qui videntur in quibusdā diſcordare. Neq; iam geſtat brachia liuida armis) neq; induit amplius brachia ſua, vt ſolitus erat, armis, quorum geſtatione liuida brachia fiebant, quī color fit ex percuſſione, aut cum moleſto pondere membrum grauatur. Neque geſtat) neq; habet. Vt illud Virg. non obtuſa adeo geſtamus pectora pœni, ſiue dixit geſtat, habita ratione ponderis quo grauabatur adoleſcens cum brachia induebat armis. Liuida) ſubnigra. Armis) quæ dicta ſunt ut putat Feſtus ab armis unde pendent, uel ut alij ἀπὸ τοῦ ἁρμόζειν .i. quadrare. Nobilis) celebris. Diſco) iactu diſci, qui nil aliud eſt niſi maſſa ferri, vel grauis lapis, qui exercendi corporis

poris cauſa ad auras proijciebatur. [Homerus Iliad. β. Δίσκοισὶν τέρποντο. diſcis oblectabantur, vbi interpres. δίσκος ἐςὶ βαρὺς λίθος ὃν ἐῤῥίπτουν οἱ γυμναζόμενοι. diſcus eſt grauis lapis quem eijciebant ij qui exercebãtur. Iaculo expedito) magna cum vi torto. Extra finẽ) extra metam, & extra deſtinatum locum, videtur Poëta meminiſſe de Pentathlo quod quinquertiũ latini vocant, & Pentathlos quinquertiones, qui ſe in diſco, curſu, ſaltu, palæſtra & iaculatione exercebant. Quid latet?) cur ſemper in obſcuro verſatur tuos tantum quærens amplexus, & nunquam in medium prodit? Vt dicunt) ſupple: latuiße in inſula Scyro. Filium Thetidis Marinæ) Achillem, qui fuit Pelei & Thetidis filius, Marinæ. quia filia fuit Nerei Dei marini, vnde vna Nereidum dicitur, fabulam de Achille Peleo & Thetide neceſſe habeo litteris mandare, nam cetcri Poetarum interpretes, aut laborem fugientes qui multos deterret à rebus honeſtis, aut ꝙ græcarum litterarũ non fuerint multũ ſtudioſi, leuiter attigerunt. rem ipsã aliquanto altius repetam, vt qui fabulam non bene compertam habent ita intelligant, vt nullus reſideat ſcrupulus. Apollodorus & Didymus ſcribũt à nuptijs Thetidis abſtinuiße Iouem, poſtquam accepit ex ea futurum filium Patre præſtantiorem, ſunt qui tradant Thetidem Iunonis conſilio noluiſ-

ſe

ſe ſe cum Ioue commiſcere, quare iratus Iupiter iuſſit eam mortali viro nubere, quæ cum comprehendi non poſset, nam in varias ſe formas vertebat, modo .n. ignem, modo aquam, modo feram ſimulabat, Chironis monitu comprehendendi modum Peleus inuenit, eamq; in Pelio monte in matrimonium duxit, dijs præſentibus. Thetis poſtq̃ grauida facta eſt, filium peperit, quem inſcio Peleo immortalem reddere conſtituit, in ignem noctu abſcondens, quicquid .n. mortale in eo ex Patre erat abſumebat, interdiu verò ambroſia perungebat, Peleus cum filium in igne palpitantem obſeruans inſpexiſſet exclamauit, Thetis cum id quod decreuerat exequi nõ potuiſset, deſtituto filio, ad Nereidas ſorores ſe contulit. Peleus illum ad Chironem tulit, quem ſuſceptum Chiron leonum inteſtinis aprorumq; & vrſorũ medullis educauit, Achillemq; appellauit, ꝙ nunquam labra mammis admouiſſet, cui prius nomen fuit Ligyron, ſimulac autem Achilles nonum ſuæ ætatis annum abſoluit, Calchante prædicente Troiam ſine eo haud unquã captum iri, Thetis quæ præuiderat filium in illo bello periturum, muliebri veſte indutum tanquam Virginem in ſcyron inſulam duxit, & Lycomedi Regi commendauit, itaq; inter eius filias nutritus eſt, tandem cum Deidamia regis filia concubuit, ex qua Pyrrhum filium ſuſcepit, qui poſtea Neoptolemus fuit appellatus, accepto autem oraculo

ſine

ſine Achille troiã capi non poſſe, miſſi ſunt à Græcis Vlyſſes, Phœnix, & Neſtor, & Peleo negante apud ſe filium eße, ad Scyron appulerunt, audiẽtes ibi Achillẽ inter Regis filias educari, Vlyſſis aſtu, arma ante illas proiecerunt, cum calathis & textorijs (vt ita loquar) inſtrumentis, virgines ſtatim ad calathos irruerunt, ille autem ad arma; ſic eſt cognitus; Hanc hiſtoriam ſeu mauis fabulam appellare aliquanto ſecus apud latinos narrat Hyginus, Statius noſter Neapolitanus doctis carminibus illuſtrauit. Sub) circa. Funera) excidia. Funus dictum eſt a funalibus accenſis, eſt proprie pompa exequiarum, a funere dicti ſunt ludi funebres, quos primus omnium Inſtituit Hercules, vt ſcribit Aelianus Pelopi. in funere vſus erat Tibiarum, quæ funebres etiã dictæ ſunt, et quas Flamini audire putabant illicitum, vt ſcribit Feſtus. Septem diebus vt quidam aiunt mortui plorabantur, octauo comburebantur, nono cineres condebantur in vrna, & hinc Horatius appellauit nouendiales, totidem diebus ludos funebres ferunt eſſe factos. Lacrymoſa) Lacrymas prouocantia. Troiæ) vrbis Inclytæ, a Troe Rege dictæ. Ne cultus virilis) ne maſculinus habitus. Proriperet) non ſine vi duceret. In cædem et lycias cateruas) endiadys figura .i. in cædem & ſtragem lyciorum, qui troianis opem tulerunt Duce Sarpedone, & per lycios Troianos ſimul intelligimus.

Vides

Ode. IX.

Ad Thaliarchum.

Vides vt alta ſtet niue candidum
Soracte: nec iam ſuſtineant onus
Syluæ laborantes, geluq;
Flumina conſtiterint acuto.
Diſſolue frigus, ligna ſuper foco
large reponens, atq; benignius
Deprome quadrimum Sabîna
O Thaliarche merum Dyota.
Permitte Diuis cetera, qui ſimul
Strauere ventos æquore feruido
Deprælian tes, nec cupreſſi
Nec veteres agitantur orni.

Cognoſcimus ex multis carminibus eo fuiſſe ingenio Poëtam, vt in diem viueret, nam ſæpe amicos monet, vt relaxent curas, & æquo ſint animo. Nunc Thaliarchum hortatur, vt ſæuiente frigore, quo flumina conglaciant, & montes niuoſi apparent, magno igni accenſo caleat, & ſe veteri vino ingurgitet, quæ futura ſunt non curet, ſed Dijs relinquat, & ætate quæ viridis eſt, & ad voluptatem capiẽ

dam idonea libenter vtatur. O Thaliarche vides) tuis cernis oculis. Soracte) Mons in Faliſcorum agro, vt ſcribit Plinius, vbi Templum erat Apollinis. Stet) reſpexit ad ſitum montis qui cum altus ſit, erectus videtur, ſiue ſtet .i. horreat. Candidum) albicans. Alta niue) multa, vt profunda ſit. Syluæ laborantes) nimis grauatæ & eſt proſopopœia. nec ſuſtineant) nec perferre poſſint. Onus) niuis pondus, & per syluas intellige ſylueſtres arbores, quæ hiemali tempore nimia niuis cõgerie oneratæ franguntur. alti .n. montes mediæ regioni aeris propinqui, per totam ferè hyemem niuibus obtecti videntur, Sylua, vt ait Seruius, ἀπὸ τῆς ὕλης, et eſt propriè arborũ, quæ cædua eſt, aliquando pro eo quod ex tẽpore ludimus, vnde Statius ſuas appellauit Syluas, id. n. quod extempore ſcribitur eſt veluti prima materia, vſurpatur interdum pro varia rerum cognitione, quam ab oratore comprehendendam eſſe Cic. docet. Geluq; Flumina conſtiterint) concreuerint, congelata ſint, vt conſiſtant & labi non poſſint. Gelu acuto) vel quia frigus penetrabile eſt, vt Virg. vocat, nam quæ ſunt acuta facilius penetrant, vel dicitur gelu acutum, nã cũ frangitur acutum videtur, ita vt tanquam acutum ferrum ſecet & abſcindat, quod lepidiſſimo epigrammate ſignificatur à Iulio Cæſare compoſito, de Thrace puero.

Thrax puer, aſtricto glacie dum ludit in Ebro,

Pondere concretas frigore rupit aquas,
Dumq; imæ partes rapido traherētur ab amne,
Abſcidit tenerum lubrica teſta caput.

& reliqua. Diſsolue frigus) alluſit ad naturam frigoris, quod aſtringit, cum autem calore repellitur, diſsoluitur, & vim amittit. aſtringere & ſolue re ſunt antitheta, quorum alterū eſt frigoris, alterū eſt caloris. Large reponens ligna) abundè imponēs, vel reponens, ideſt rurſus ponēs, nam cū vna lignorum ſtrues combuſta eſt, altera eſt reponenda. Super foco) ſuper igne, vt ſit res continens pro re quæ cōtinetur, uel ſup ipſo foco, vbi ignis accenditur, qđ idem exprimit; focus, fomenta, focillationes, foculi, à fouendo .i. calefacieudo dicuntur, vt Feſtus inquit. Deprome) profer è cella vinaria, non placet vinum quadrimum in Dyotis fuiſſe conſeruatum, ſed in Dolijs & Cadis in cella vinaria repoſitis. Itaq; deprome. interpretare profer è cella vinaria, potius quam è Dyota; quæ implebatur in cella vino, quod Dyota .i. per Dyotam depromptum e cella, fundendum poſtea erat in Cyathum, vel in aliud uas, alibi Horatius dicit, nefas depromere Cæcubum cellis auitis, promere & condere duo contraria, hinc promus & condus apud Plautum. Quadrimum merum) vinum quod per quatuor annos conſeruatum eſt, quare purius & magis defecatū, pueri quadrimi vocantur qui quartum ſuæ ætatis annum agunt, Cic. meminit de quadrimo Catone,

quem locum Chriſto approbante declarabimus, cũ noſtras in familiares ut appellant Ciceronis epiſt. annotationes edemus. Benignius) liberalius & vberius. Dyota Sabina) vaſe vinario, quod apud Sabinos factũ ſit, & quod dictũ eſt à duabus auribus .i. anſis. Sabini vt quidam exiſtimauere a religione et Deorũ cultu quaſi ſebini appellati, cõtinent, Plinio teſte, Amiterninos, Curenſes, Forũ Decij, Forum nouum, Fidenates, interamnates, Nurſinos, Nomentanos, Reatinos, Trebulanos, qui cognominantur Mutuſcæi, & qui Suffenates, Tiburtes, Tarinates. Idem Pl. ſabellos putat eſſe ſamnites, quos Græci ſaunitas appellant. Permitte Diuis cetera) ſententia eſt litteris aureis notanda, magna .n. eſt hominum dementia, velle illa perſcrutari, quæ ſunt ſupra humanæ mentis captum, ac de futuris nimis eſſe ſolicitos, debemus .n. ea tantum perquirere, quæ noſtræ facultati conueniunt, prudenter omnia ſine dubio ſunt agenda, vt cuncta recte metientes, & quæ poſſunt euenire cogitantes, quantum in nobis eſt, noſtræ ſecuritati conſulamus, ſed quis eſt qui poſſit omnia præuidere, niſi Deus, qui cuncta nouit, & qui ſtabilis exiſtens moueri iubet omnia, vt docte & eleganter cecinit Boetius.

O qui perpetua mundum ratione gubernas
Terrarum cæliq; ſator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, ſtabiliſq; manens das cuncta moueri.

Noſtra igitur cogitatio (vt vates ille cãtat Hebræus)

Deo

Deo relinquendá eſt,ille.n.nos nutriet. Qui) Dñ; Simul) poſtquam. Strauere) quieſcere fecerunt, vt Virg. ſterneret æquor aquis,id eſt placidum redderet,& Claudianus. Vix auditus erat, venti ſternũtur & vndæ. Ventos) quos poetæ interdũ animas appellant,vt animæ Thraciæ apud eũdem Poetã. Aequore feruido) mari quod prius ex imis partibus à ventis reuolutum feruere & nimis æſtuare videbatur. Feruet proprie aqua in vaſe cum ebullit,vſurpatur metaphoricôs. vt mare feruet aquis apud Ouid. Aeſtu feruet pelagus apud Ciceronem. Deprælian tes)Concurrentes,ſumpta metaphora ab hominibus qui præliantur. Nec veteres agitantur orni) poſtquam Deorum iuſſu venti poſuere, non ſolum arbores,quæ robuſtæ ſunt & imis innixæ radicibus vim ventorum ſuſtinent, non agitantur, ſed illæ etiam tutò conſiſtunt, quæ ſuapte natura ſunt mobiles, quales Cupreſſi,aut fragiles, quales orni,præſertim veteres, hoc verò non ſine allegoria dictum à Poeta exiſtimamus, cum vult Deus rebus humanis moderari,cuncta quieſcunt,Cedunt .n. Iouis omnia regno, vt ait Ouidius, & Diuites & pauperes vitæ tranquillitate fruuntur. Cupreſſus arbor notiſſima quæ funeſta dicitur nam vtebantur ea in pyra, eſt Diti ſacra vt inquit Plin. & cum ſemel cæſa eſt nunquam repullulat, præterq̃ in Aenaria. in hanc arborẽ conuerſus eſt Cypariſſus puer (vt eſt in fabulis) quem adamabat ſylua

rius, hic puer qui manſuetiſſimam habebat Ceruã quam Syluanus forte occidit, dolore extinctus eſt. & ab amatore Deo in hanc arborem cõuerſus. hãc ita fabulam narrat Seruius in Georgicis, dum carmen interpretatur illud, Et teneram ab radice ferens Syluane Cupreſſum, aliter verò Conſtantinus Cæſar. Eteoclis inquit filiæ Charites Dearum æmulatione ſaltantes, in puteum extra choream euolutæ delapſæ ſunt, ſed Tellus earum cladem miſerata, plantas virides produxit, quæ hominibus iucundæ ſunt & earum memoriã inducunt, Cypariſſi à Græcis dicuntur, quòd ſimiles pariant ferantq; ramos, à latinis dicuntur Cupreſſi.

Quid ſit futurũ cras fuge quærere: &
Quẽ ſors dierũ cunq; dabit, lucro
Appone: nec dulces amores
Sperne puer: neq; tu choreas:
Donec virenti canicies abeſt
Moroſa. nunc & campus, & areæ,
Leneſq; ſub noctem ſuſurri,
Compoſita repetantur hora.
Nunc & latentis proditor intimo
Gratus puellæ riſus ab angulo
Pignuſq;

Pignusq; direptum lacertis
Aut digito male pertinaci,

Quid ſit futurum cras) quid ſit ſucceſſurũ, dixit cras non ſine arte, quaſi dicat, non ſolum non debemus quærere, quæ longo poſt tempore ſunt euentura, ſed nec illud quod craſtino die ſuccedere poterit, cuius rei aliquanto facilior notitia haberi poßet. futuri.n. temporis exitum, vt idem poeta inquit, caliginoſa nocte premit Deus; quare deridendi ſunt ij, qui vſi ſunt Coſcinomantia, Pyromantia, Lecanomantia, Chiromantia, Necromantia, & alijs diuinandi generibus, quæ à Plinio recenſentur, mali .n. Genij ſunt qui ſæpe homines decipiunt, & quamuis longa rerũ experientia poßint aliquid præuidere, plerunq; tamen decipiuntur. Deus .n. qui rerum omnium moderator eſt multa ſinit derepente contingere, nõ ſine aliqua ratione, quid .n. temere facit aut permittit Deus, qui per cuncta diffunditur qui immenſus eſt & infinitus? ſed rationem illam nos miſeri mortales ignoramus, & tantum nobis audacter tribuimus, vt inuito Deo futura præſentire conemur nunc Aſtrologos qui multa mentiuntur conſulentes, nunc ad vanam fallacemq; augurandi artem confugientes, & miſerabili animi ſolicitudine diſtinemur, dum quid futurum ſit quærimus: itaq; Martialis verè docuit. Non eſt crede mihi ſapientis dicere viuam, Sera nimis vita eſt craſtina, viue ho-

die. Et Virg. eo prior in iuuenilibus. Pereat qui craſtina curat, Mors aurem vellens viuite ait venio; Et quem Sors dierum cunq;) longa Tmeſis .i. quemcunq; diem. Dabit) concedet. Sors) quæ ſtulte dea putabatur, ſeu Sors .i. conditio viuendi, cui multa fortuitò contingunt, quæ nos neſcimus, Vnde Virgilius, Neſcia mens hominum fati ſortisq; futuræ. Sors pro capite & prima pecunia; ſortes pro illis, quæ ex vrna educebantur, Virg. Stat ductis ſortibus vrna; pro oraculis, vt lyciæ ſortes, & præneſtinæ, de quibus Cicero libro de diuinatione. Appone lucro) hac vti locutione ſolemus, cũ quid nobis contingit, quod non expectabamus, & pro certo nobis polliceri non poteramus, & tanquam lucrum accipimus, de quo prius dubitabamus. Puer) adoleſcens qui natura iam es idoneus ad amandum. Dulces amores) gratos & iucũdos huic ætati, natura .n. hanc commiſcendi corporis cupiditatem ingenerauit eo conſilio, vt genus humanum propagetur, ſed voluptas eſt illa, quæ rapit homines potius quam gignendæ prolis deſiderium, & hæc libido tam magna eſt, vt cunctis temporibus ab hominibus appetatur, cum cetera animantia teſte Plinio certis tantum temporibus coeant. Choreas) ſaltationes, ſaltandi ſtudium antiquiſſimum eſt, de quo meminit etiam Homerus;

"Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
"Ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν τε. καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.

"Alij quidem Deus conceſſit bellica opera, alij autẽ ſaltationem & amabilem vocem. Socrates quoq; quem citat Athenæus, ſaltantes maxime ad res militares idoneos ſcripſit, quare Pyrricha, vt alias omittam, ſolebat exerceri à Laconibus, qui bellorũ ſtudioſi erant, nam ſaltatio illa militaris erat. Tres ſunt ſaltationum ſpecies ſcenicæ poeſis, Tragica, Comica, Satyrica; Tres etiam ſpecies Poeſis lyricæ, Pyrricha, Gymnopædica, Hyporchematica; Pyrrichā ſatyricæ ſimilis videbatur, vtraq; ſane magna cum velocitate exercebatur. Pyrricha .n. vt dixi, militaris erat, quam armati ſaltabant pueri, nam bellum velocitatem requirit, tum ad hoſtes inſequendos, tum ſi neceſſitas vrſerit, ad fugiendum. Canicies moroſa) Senectus quæ cum ſit plena malis, querula & moroſa eſt, nam difficiles habet mores & faſtidioſos, Cicero de Senectute. At ſunt moroſi & anxij & iracundi & difficiles ſenes, ſi quærimus, etiam auari. Ariſtoteles 2. Rhetoricorum ad Theodectem ſcitè naturam ſenum depingit. Canicies vt idem ſentit, naſcitur ex putri humore. Nunc & campus & areæ) ſume verbum repetantur .i. frequententur loca vacua & plana, vbi cũ æqualibus luſites, Campus pro agro nonnunquam vſurpatur, dictus a capiẽdis fructibus, vt Varro docet, vſurpatur interdum per planicie uacua, vt hoc in loco, area pro loco, vbi frumenta teruntur, Virg. Area tum primum tereti eſt æquanda cylindro, pro loco

loco vbi domus conſtruitur, Horat. ponendæq; domo quærenda eſt aera primum. Florus iuriſconſultus de verborum ſignificatione, ſine ædificio in vrbe area, in rure autem ager appellatur, Feſtus dicit locum eſſe uacuum, quaſi exaruerit, & non poſſit quicquam generare. Per campum & areas hoc in loco, vt dixi, intellige loca plana, vacua, & quæ non ſint ædificijs aut alijs impedimentis occupata, quò ſolebant itare Iuuenes luſitandi aut exercendi corporis ſtudio. Leneſq; ſuſurri) lenia & ſuſurrantia colloquia, quæ voce nimis ſummiſſa fieri ſolent ab amatoribus, ne audiantur. Sub noctem) noctu, uel circa noctem cum iam adueſperaſcit. Hora compoſita) hora conſtituta, Hora dicta eſt vt Plato ſentit ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν, quòd ſcilicet horæ hyemē et æſtatē terminēt. uel ab Horo, ideſt Sole ut Macrobius. horas fingit Homerus cæli portis præeſſe, Heſiodus ait Themidis & Iouis eſſe filias. Olen Poeta uetuſtiſſimus tradit Iunonē ab Horis enutritā; aiūt quidam certa horarum ſpatia fuiſſe inuenta ex vrina duodecies fuſa per totum diem, pari ſemper interuallo, à quodā animali Serapidi dicato. Sed quia dies non ſemper ſunt æquales, nam creſcunt & decreſcunt, pari ratione putandum eſt horas longiores fuiſſe & breuiores, quare legimus horas æſtiuas .i. longiores, quas Vitruuius ſolſtitiales appellat, legimus brumales quæ breuiores ſunt. Virg. iam nox hibernas bis quinq; peregerat horas, apud vete-

res .n. Romanos, Dies conſtabant ſemper ex xij. ho-horis & neceſſario modo longiores modo breuiores illæ fiebãt. Nũc) ſume repetatur. Riſus gratus) qui maxime delectat amantem, & magis accendit, nã ſignum eſt amoris. Proditor) qui prodit & indicat & ſignum dat amanti. Puellæ latentis) quæ ſe abſcondit ludendi gratia. Ab intimo angulo) à remotiore & anguſtiore parte domus, in quã ſe abdit puella, ut iocans amatorem decipiat, poſtea ſe ipſam prodit riſu. riſus eſt argumentum beneuolentiæ hilaritatis & interdum amentiæ, nam riſu inepto (vt ait Catullus) res ineptior nulla eſt, nulli hominũ datur ante quadrageſimum ſui ortus diem, vt auctor eſt Plinius, unumq; legimus Zoroaſtrem eodem die riſiſſe quo genitus eſt. Riſui tanquã Deo ſimulachra erexiſſe Lycurgum apud Lacedæmonios, teſtis eſt Plutarchus. Gelatophyllis herba quæ naſcitur in Bactris, & circa Boryſthenem, ſi bibatur cum Myrrha & vino, riſum gignit immoderatum. Plinius. Pignusq; direptum) ablatum. Lacertis) brachijs, intellige armillas quibus lacerti puellarum exornantur, & quas ludens amator diripit. Aut digito male pertinaci) repete pignus direptum, per quod nunc annulum intelligimus, quem eripit interdum amator digito puellæ, & ſecum fert pro pignore. Male pertinaci) alij intelligunt male.i.non valde; ſed ſi quis interpretatur male pertinaci.i.valde pertinaci, mihi valde placebit, nã puella quantum

poterat

poterat pugnum faciebat .i. digitos complicabat ut non ſine difficultate annulum diriperet amator, & illum cariorem eſſet habiturus, nam quæ paruo negotio conſequimur contemnimus, hac arte ſæpe vtũtur puellæ quæ ſciunt ſe tandem ab amatoribus tanquam valentioribus ſuperatum iri. Pignus proprie vt ſcribit Vlpianus eſt illud, quod ad creditorem tranſit, Hypotheca cum non tranſit, nec poſſeſſio ad creditorem, Pignus dictũ eſt à pugno (vt Caius ait) quia res quæ pignori datur, manu traditur, uſurpatur interdum pro eo quod dari ſolet pro amoris indicio, & monumento, vt Virg. lib. 3. Aeneid. monumentum & Pignus amoris.

Ode. X.

In Mercurium.

Mercuri facunde nepos Atlantis
Qui feros cultus hominũ recentum
Voce formaſti catus, & decoræ
More palæſtræ.
Te canam magni Iouis & Deorum
Nuntium, curuæq; lyræ parentem,
Callidum quicquid placuit iocoſo
Condere furto.

Te

Te, boues olim niſi reddidiſſes
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Riſit Apollo.
Quin & Atridas, duce te, ſuperbos,
Ilio, Diues Priamus, relicto,
Theſſalosq; ignes & iniqua Troiæ
Caſtra fefellit.
Tu pias lætis animas reponis
Sedibus, virgaq; leuem coerces
Aurea Turbam, ſuperis Deorum
Gratus & imis.

Cantat Mercurium, cui multa veteres detulerunt, nã
vt ſcribit Diodorus nomina rebus impoſuit, tres vo
ces inuenit, Palæſtram, lyram & furta, Poeta mo
re aliorum fingit hunc nonnullas abegiſſe vaccas
Admeti quas Apollo cuſtodiebat, illiusq; pharetrã
ſurripuiſſe: hoc duce Priamus Troiæ Rex pericul
euitauit: quædã animæ ad campos deſcendunt El
ſios, quædam virga & poteſtate huius coercent
& meritas dare pœnas coguntur: Superorũ & in
rorũ hic nuntius eſt Deorum. Mercuri facunde
eloquentiæ Deum appellant Mercurium qui dict

eſt

eſt vt ait Arnobius, quaſi medius currens, q. ſermo medius inter homines ſit. Feſtus putat à Mercibus eſſe dictum. putabant .n. negotiorum omniũ eſſe Deum. Nepos Atlantis) appoſitio eſt, fuit .n. vt inquit Hyginus Maiæ Atlantis filiæ filius, Homerus ὅν τέκε μαῖα ἄτλαντος θυγάτηρ διὸς ἐν φιλότητι μιγεῖσα, *quem Maia peperit Atlantis filia cum Ioue commiſta. Claudianus*

Atlantis Tegeæe Nepos commune profundis
Et ſuperis numen, qui fas per limen vtrunq;
Solus habes, geminoq; facis commercia mundo.

Qui catus) prudens. vt Vetus Poeta apud Cic. Egregiè Cordatus homo catus Aelius ſextus. Formaſti) inſtituiſti, & in formam redegiſti. Feros cultus hominum) immanes & efferatos humanæ vitæ mores, nam cum primum nati ſunt homines teſte Diodoro palantes viuebant. Cultus) medium nomen eſt. plerunq; in bonam accipi partem ſolet, Cic. de hac ipſa re loquitur .i. Tuſcul. Qui veſtitũ, qui tecta, qui cultum vitæ, qui præſidia contra feras inuenerunt. Voce) vel per vocem intelligimus nomina rerum, quibus inuentis cæperunt colloqui, eq; rebus vitæ neceſſarijs ſermocinari, & ſocieta m coire, nam vox, quæ proprie eſt ictus aeris ſpiratione attracti vt tradit Ariſtoteles, & quæ cta eſt παρὰ τὸ βοάω *.i. clamo, interdum cipitur pro ipſo nomine, vel per vocem intellige*

muſicam

muſicam, cuius inuentor fuit vt quidam ſentiunt Mercurius, qua inuenta, cæperunt animi hominum qui feroces erant fieri mitiores, Numa Pompilius teſte Plutarcho, muſicis numeris Romanorum animos permulſit, & ad religionem deduxit. Et more) frequenti exercitatione quæ mos fit. Palæſtræ decoræ) luctæ conuenientis & ſine vitio ac modeſtæ, & ad illos forte reſpexit adoleſcẽtes, qui laſciuè Luctam exercentes ſua denudabant membra, & ad libidinem ſpectatores prouocabant. Palæſtra inuenta eſt à Mercurio, quare fabuloſe eius filia dicta eſt, & hanc fabulam de ea ſcribit Lactantius; Cum aliquando Mercurius ſomno indulgeret, quidam illi ſtruxit inſidias, & rem perfeciſſet, niſi Palæſtra filia Mercurium excitaſſet, qui terræ odio ad cælũ aſcendit. Luctam à Mercurio in Arcadia inuentã ſcribit etiam Philoſtratus. Te canam) laudans cantabo, Nuntium) quem Homerus vocat Διάκτορον, *&* ἄγγελον Ἀθανάτων ἐριούνιον. *nuntium Deorum vtilem. Magni Iouis) qui principem tenet locum inter deos, & omnium optimus & maximus vocatur ab Homero, qui mas & femina vocatur ab Orpheo, & primus medius & vltimus. Et Deorum) ceterorum numinum, per quæ Lactantius grammaticus docte & religioſe varias vnius Dei qui verus eſt, intelligit poteſtates. Parentem curuæ lyræ) inuentorem lyræ cuius forma curua eſt, Hymnus Homeri in Mercurium non ſine*

volu-

voluptate nobis oſtendit, quo pacto Mercurius ex teſtudine inuenta lyram confecit, hanc nonnulli putant nihil differre à citbara, ſed mihi non probãtur, nam lyra eſt inuenta à Mercurio, vt canit Homerus, Citbara ab Amphione vel ab Orpheo vel à lino, vt Plinius docet, & inſtar græcæ litteræ Δ fuiſſe ſcribit Diuus Hieronymus. Condere) abſcondere, et occultare, vel condere. i. ad abſcondendũ vt græca cõſtructio ſit, a græcis hic appellatus eſt δόλιος doli & fraudis artifex. Quicquid placuit) quicquid viſum eſt tibi celare, Furto iocoſo) furto quod non lucri ſed ioci gratia committis, Phurnutus ait hunc Deum furandi artem inueniſſe, quod Suidas etiam ſuis monumẽtis mandauit. Prudẽtius quoq; ſic ait.

Expertes furandi homines hac imbuit arte
Mercurius Maia genitus.

Te boues) hanc fabellam eleganter ſcribit Homerus in Hymnis, & Ouidius libro metamorph. cum. n. Apollo Admeti Regis Theſſaliæ armenta paſceret, boues quaſdam ſurripuit Mercurius, cui dum minatur Apollo, aduertit vt iocoſe dicit Horatius, pharetram quoq; ſibi deeſſe, quam tanquam optimus præſtigiator Mercurius abſtulit. Ordo eſt. Apollo) Admeti Paſtor, qui illũ deperibat vt Tibullus canit, Viduus pharetra) Carens ſagittarũ receptaculo. Pharetra dicta eſt, παρὰ τὸ φέρειν τὰ τρῶσαι δυνάμενα. i. a ferendis ijs, quæ vulnerandi vim habẽt. Iduare

lingua

lingua etruſca diuidere eſt, vnde idus quæ diuidunt menſem & viduus & vidua. Riſit) non potuit ſibi à riſu temperare, tuas conſiderans præſtigias, qui tanta cum dexteritate pharetram ſurripuiſti. Dum terret te puerum) dum tibi puero terrorem incutere conatur. Voce minaci) voce magna & plena minarum, dixit puerum nam puer valde erat cũ furatus eſt haſce vaccas. Homerus.

Ἠῶος γεγονὼς μέσῳ ἤματι ἐγκιθάριζεν

Ἑσπέριος βοῦς κλέψεν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.

Mane natus meridie citharã pulſauit, veſperi furatus eſt boues Apollinis in longum ſagittas iacientis. Niſi reddidiſſes) reſtituiſſes. Boues) vaccas. Olim) iandudum. Amotas) ablatas. Diues Priamus) opulentus more Regum Aſiaticorum, qui ad Achillem ſe contulit, vt cadauer Hectoris filij redimeret. Priamus dictus eſt prius Podarces, quaſi pedibus valens vt inquit lycophronis interpres. Ilio relicto) relicta Troia. ilium ab Ilo paſtore qui quinquaginta pueros totidemq; puellas in coloniã deduxit, quam Ilium à nomine ſuo appellauit, hiſtoriam ſcribit Iſaacius. Te Duce) te auctore, & Præuio. vide Homerum, qui fingit in vltimo libro Iliados, Mercurium ducem fuiſſe Priamo ad Achillem ſe conferenti, vt filij corpus redimeret. Atridas) Menelaum & Agamemnonem, qui putabantur filij Atrei, cum vere fuiſſent Pliſthenis, vt ait

Dictys Cretenſis. Superbos) elatos & multum ſibi tribuentes, tanquam græcorum principes, vel ſuperbos .i. iniuriæ impatientes. Vt Virg. Animamq; ſuperbam vltoris Bruti, qui non poterat tyrannidē perferre. Theßalos ignes) græci exercitus lumina quæ accendebantur noctu ab excubitoribus, ne obſcura fieret ab hostibus impreſſio. Et iniqua Troiæ castra) per castra intellige milites qui verſabantur in castris. & Troiam graui premebant obſidione. Tu reponis) imperio tuo collocas. Animas) eorum .ſ. qui digni ſunt post obitum beatitudine. Lætis ſedibus) in campis elyſiis. Coerces) cohibes, & in proprijs locis constringis turbam leuem illarum animarum, quæ imprudenter, & leuiter in vita peccarunt, vel turbam leuem .i. Cœtum vmbrarum leuium, quæ leues ſua natura ſunt, cum nihil habeant ſolidi, & intelligit vmbras ſceleſtorum. Virga aurea)caduceo, Dat Homerus virgam Mercurio dat Virgilius, Hæc poteſtatis est indicium, vnde iudices ſpectaculorum qui victoribus in certamine præmium & coronas dabant Rhabduchi etiam vocabantur, à Virga quam geſtabant, Polluce & Suida testibus. nec illud ſilentio prætereundum ſentio, Carmina Homerica in Theatris cum Virga pnuntiari ſolita eſſe, hinc apta Virgæ carmina dixit in floridis Appuleius, a qua Virga Poetarū interpretes Rhabduchi, qui Rhapſodi vere ſi recte memini dicuntur, à Platone. Gratus)acceptus,

quia

quia (vt fabulatur) eſt nũtius & interpres. Superis & imis Deorum).i. ſuperis & inferis Deis

Ode. XI.

Ad Leuconoen, vel vt alij Leucothoen.

Tu ne quæſieris ſcire, nefas, quem mi
hi, quem tibi,
Finem Dij dederint Leuconoe, nec
Babylonios
Tentaris numeros, vt melius quic-
quid erit pati,
Seu plures hyemes, ſeu tribuit Iupi-
ter vltimam,
Quæ nunc oppoſitis debilitat pumi-
cibus mare
Tyrrhenum, ſapias, vina liques, & ſpa
tio breui
Spem longam reſeces. dũ loquimur,
fugerit inuida
Aetas. carpe diem quamminimum
credula poſtero.

Sunt qui de futuris adeo ſoliciti ſunt, vt nunc ſomniorum coniectores, nunc aſtronomos conſulant, perinde quaſi rerum exitus illi tanquam Dij calleant, hæc eſt vera hominum dementia, nam ſolus ille Deus eſt qui cuncta præuidet, monet igitur Leuconoen ut de poſteris nihil cogitet, et quod dat Iupiter accipiat, cõpoſitoq; animo voluptatem capiat, breuis .n. vita eſt, et longa ſpes concipi non debet. O Leuconoe) Tu nè quæſieris ſcire) ne ſtudueris noſſe. Quem finem) quem vitæ terminũ fauſtum aut infauſtum, nam vltima ſemper expectanda dies eſt. vt canit Ouidius, multiq; antea felices extiterunt, qui poſtea in miſerabilem redacti ſunt calamitatẽ vt de Cræſo refert Herodotus, & de Polycrate Samiorum Rege Herodotus, & Valerius, ſed hunc finem velle præſcire non eſt hominis. Dij dederint) deſtinarint. Mors .n. & vita paupertas & honeſtas in manu Dei, ut docet Hebræus. Nefas) ſupple eſt, non.n. ea licet velle noſſe, quæ Deus ſibi reſeruauit. vt ſacræ docent litteræ. Nec tentaris) nec experiaris. Numeros Babylonios) cognitionẽ numerorũ, quibus futura Caldæi ſe præſentire dicebãt, Caldæi .n. Aſſyrij ſunt, vt ſcribit Martianus, et à Babylone Aſſyriæ ciuitate celeberrima Babylonij vocantur. hi vt Cic. ēt docet, in libro de Diuinatione Mathematici erant, ſiderum curſus & portenta conſiderabant. Itaq; audebant ſæpe futura prædicere, tanquã nobiliſſimi impoſtores: hæc aſtrorũ notitia, numero-

rum

rũ ratione maxime conſtat, dũ huiuſmodi homines ſiderum interualla metiuntur,& gradus minutaq; vt eorum vtar vocabulo dinumerant. *Vt melius*) vt ſatius & potius ſit,ita ego hunc locum interpretor. *Pati*) perferre. *Quicquid erit,*) quicquid ſuccedet. *Seu Iupiter*) ſeu Deus optimus maximus, cuius nutu cuncta ducuntur,vt ait etiam Plautus. *Tribuit*) concedit. *Plures hyemes*) Synecdochicôs, pro toto anno ponitur hyems .i. plures vitæ annos, & non temere de uitæ ſpatijs loquens,hiemes dixit, nam reſpexit ad calamitoſum vitæ humanæ curſum,quæ procellis & tempeſtatibus agitatur. *Debilitat*) frangit. *Mare Thyrrenum*) mare Tuſcum,loquitur de mari propinquiori quod ipſe poëta notius habebat. *Oppoſitis pumicibus*) obiectis ſcopulis quibus maris vndæ illiduntur,franguntur, & debilitantur, pumices ſunt proprie lapides cauernoſi, excocti,quales eructantur ab Aetna, ad leuiganda corpora vt Plinius ait laudatiſſimi,& ad libros poliendos Catullus. Cui dono lepidum nouum libellum,arida modo pumice expolitum. à Virgilio vocantur latebroſi. ab Ouidio multicaui. Hoc in loco vſurpantur pro ſcopulis,qui ſæpe videntur quales pumices cauernoſi crebris fluctuũ ictibus. *Sapias*) ſis ſapiens, nam ſapere eſt omnia æqui boniq; facere,nec nimio animi cruciatu torqueri. *Vina liques*) depromas & infundas in vas potorium, vel reſpexit ad brumale tempus,quo vina alicubi concreta

liquantur. Et ſpatio breui) breui vitæ curriculo. Reſeccs) reſcindas vt breuiorem facias. Spem longam) longam rerum futurarum expectationem, nã quamuis viuentium ſit ſperare vt ait Theocritus, ſtultum eſt illa tibi proponere expectanda quæ longo poſt tempore futura ſunt. quis .n. eſt qui pro certo poſſit ſibi longam vitam polliceri? itaq; vere hic Poeta dixit. Quis ſcit an adijciant hodiernæ craſtina vitæ tempora Dij ſuperi? Dum loquimur) dum verba facimus, & ſermocinamur. Aetas inuida) inuidum tempus. proſopopæia eſt, ita.n. celeriter fugit vt vitæ moram videatur nobis inuidere. Fugit) celeriter currit, alij legunt fugerit, more fluentis aquæ tẽpus labitur, et vere cecinit Ouidius vi. Faſtorũ. Tẽpora labuntur tacitisq; ſeneſcimus annis. Et fugiunt freno non remorante dies. Carpe diem) fruere præſenti die, ſumpta eſt metaphora à floribus & pomis quæ proprie carpi dicuntur. Quamminimum) loco aduerbij eſt. Credula) fidem habens. Poſtero) ſequenti diei, nulli .n. (vt ipſe poeta dicit) ſatis cautum eſt in horas.

Ode. XII.

Ad Auguſtum.

Quem virum, aut heroa, lyra vel acri
Tibia ſumis celebrare Clio?

Quem

Quem Deũ? cuius recinet iocoſa
Nomen imago.
Aut in vmbroſis Heliconis oris
Aut ſup Pindo, gelidoue ĩ Hæmo,
Vnde vocalem temere inſecutæ
Orphea ſyluæ.
Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapſus, celeresq; vẽtos
Blandũ & auritas fidibus canoris
Ducere quercus.

Primum eſt animi dubius Poeta, quem prius debeat celebrare & in hoc Pindarum eſt imitatus, qui ſic ait. Αναξιφόρμιγγεσ ὕμνοι, τίνα θεὸν τίν' ἥρωα τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν. *Deinde Iouem incipit laudibus proſequi, Palladem Apollinem & alios Deos, quos in Ode legere poteris, poſtea Romulum urbis conditorem commendat cum alijs viris illuſtribus, quibus Roma nobilitata eſt. Odemq; cõcludit in Iulij & Auguſti laudibus. Clio) inuocat muſam quæ dicta eſt a gloria rerum geſtarum. Quem virum) hominem virtute præditum, Vir. n. ſemper laudatur. Aut Heroa) qui ſupra humanam facultatem eſt, & particeps diui-*

uinitatis. Varro prodit inter lunæ gyrum & nimborum ac uentorum cacumina aëreas eſſe animas & eas non oculis cerni ſed animo, diciq; Heroas & genios & Laruas, Dicti ſunt Heroes vt inquit Auguſtinus ἀπὸ τῆς ἥρας. i. à Iunone. Martianus putat appellari, quod heram veteres terram nuncuparunt, idem ſentit Theophilus, idem Iamblicus, & Homeri Interpes. Hierocles vt Plato contendit accepiſſe nomen ἀπὸ τοῦ ἔρωτος. i. ab Amore, non quod ab amore ſint geniti, ſed quod ipſi pleni ſint amore, Seruius putat poteſtates ſupernas corporibus humanis ſeſe infundere, vnde procreentur Heroes. Sumis) tibi proponis. Lyra) lyricis carminibus, quæ ad lyram canuntur. Vel acri Tibia) metris grandibus, quæ acutum ſonum faciant, & vocem in altum attollant. Quem Deum) ſupple ſumis celebrare, qui ſit ſupra virum & Heroa. Cuius nomen) vel viri, vel herois vel Dei. Iocoſa Imago) Echo quæ videtur quaſi iocans referre hominum verba, & vocatur vocis imago nam vocem imitatur. Plinius in ſecundo docet qua ratione reddatur, dum inquit. Montium flexus crebriq; vertices & conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga, concaui vallium ſinus, ſcindunt inæqualiter inde reſultantem aëra, quæ cauſa etiam voces multis in locis reciprocas facit. Ariſt. eo prior in ſecũdo de anima ſcribit, Fit antem Echo ſonitus inquã

is,

is, qui poſt ſonum reſultat, cum aer factus vnus ob vas vel locum, qui terminauit ipſum, atq; diſſolui prohibuit, inde reſilit vt pila repulſus, & reliqua. Auſonius de hac Epigramma compoſuit lepidiſſimum quod eſt.

Vane quid affectas faciem mihi ponere Pictor
Ignotámq; oculis ſollicitare Deam?
Aeris & linguæ ſum filia, mater inanis
Iudicij, vocem quæ ſine mente gero,
Extremos pereunte modos a fine reducens
Ludificata ſequor verba alieua meis,
Auribus in veſtris habito penetrabilis Echo
Et ſi vis ſimilem pingere, pinge ſonum.

Recinet) referet, repræſentabit. Aut in vmbroſis oris) opacis locis arborum, vt Plinij vtar vocabulo denſitate. Heliconis) montis Bœotiæ qui muſis ſacer eſt, vnde Heliconiades à poetis nominantur, & dictus eſt ab Helicone fratre Cytheronis. Aut ſuper Pindo) hic mons Theſſaliæ eſt, de quo ſic Solinus. Pharſalici campi, in quibus ciuilium bellorum detonuerunt procellæ, ac ne in mõtes notos eamus, Pindum & Othryn agitent, qui lapitharum originem proſequuntur; Hic diuidit Aetoliam ab Acarnania & Acheloum parit. Gelidoue in Hæmo) frigido Thraciæ monte, qui ſex millibus paſſuum arduus eſt, & cuius auerſa, vt Solini vtar verbis, Mœſi, Getæ, Sarmatæ, Scythæ, & plurimæ inſidunt nationes. Vnde) ex quibus montibus. Syluæ inſecutæ)

cutæ) ſupple ſunt arbores ſylueſtres. Temere) motu quodam ſine ratione. ſed hoc non ſine allegoria fictum eſt, nam per ſyluas intelligimus Paſtores & rudes homines, qui cantu allecti Orpheum ſequebantur. Orphea vocalem) canorum qui cantu vocem exercebat, Orpheus Oeagri filius fuit, & Calliopes qui multis annis ante bellum Troianum fuiſſe dicitur, & multa ſcripſiſſe fertur, quæ ad alios referuntur. Nam Ariſtoteles teſte Cic. & alijs auctoribus, nunquam fuiſse Orpheum ſentiebat, & quicquid de eo ſcribunt eſse commentitium, Suidas de hoc etiam multa, Triaſmi qui Orpheo tribuuntur, fuiſſe Ionis Tragici dicuntur. Sacri ſermones Theogneti Theſſali aut Cecropis Pythagorici, oracula Onomacriti, Soteria Thimoclis Syracuſani & Pergini Mileſij. Morantem) ſiſtentem & retardantẽ. Rapidos lapſus) fluxus nimium veloces. Fluminũ) quæ ſuapte natura labuntur, & nunquã ſiſti ſolent. Arte materna) arte muſica, quæ muſarum eſt, quarum prima eſt Calliope Orphei mater vt teſtatur Aſclepiades, quem citat Pindari interpres. Celereſque ventos) flatus quibus nihil velocius, nam venti materies eſt, vt ſentit Ariſtoteles, exhalatio, quæ tenuiſſima eſt. Blandum) pellacem, ita ſuis cantilenis blandientem vt alliceret. Ducere) ad ducendum & attrahendũ. Quercus) ſpecies pro genere. Auritas) quaſi facultatem audiendi habentes. Fidibus) inſtrumentis lyricis. Canoris) ſonoris.

Quid

Quid prius dicam ſolitis parentum
Laudibꝰ? q̄ res hominū ac Deorū
Qui mare & terras varijſq; mūdū
Temperat horis.
Vnde nil maius generatur ipſo,
Nec viget quicq̄ ſimile, aut ſecūdū,
Proximos illi tamen occupauit
Pallas honores

Quid prius dicā) ſeipſum interrogat, quid debeat prius celebrare ſuis carminibus, demum decernit, illius honores ſe celebraturum, qui ſuo nutu cunctis rebus moderatur, & Iouem intelligit. Quid prius dicam ſolitis parentum laudibus) locum eſſe corruptum non arbitror, & ita intelligi debere exiſtimo, quid alij viri docti ſentiant ipſi videant, ideſt quid canam ante maiorum noſtrorum laudes, quas ſolitus ſum canere? illum ſupple canā. Qui temperat) qui regit & moderatur. Res hominum ac Deorum) diuina & humana. Qui temperat mare & terras) qui mari & terris dominatur, nam uerum eſt illud ne folium quidem ſine Dei nutu cadere, cunctaq; elementa ita Deo ſeruire, vt illius iuſſu turbentur & tranquillentur. Et qui temperat mundum) hanc mūdi Machinam, quam ſuſpicientes credimus eſſe deum, vt Cic. & Lactantius teſtātur. Varijs horis)

varijs

varijs anni tempeſtatibus,quæ quatuor ſunt, Ver, Aeſtas,.Autumnus,Hyems: hac .n. tempeſtatum varietate Mundus temperatur, & tot rerum genera gignuntur,quæ ſunt humanæ vitæ neceſſaria. Mundus pro cœlo ut ait Plinius,poteſt etiam vſurpari pro tota Compage,quæ quidē elementa ēt comprehendit. Ouid.15. Metamorph.Iupiter arces temperat æthereas & mundi regna Triformis.Cic.tertio de finibus. Mundum autem cenſent Regi numine Deorum, eumq; eſſe quaſi communē vrbem & ciuitatem hominum & Deorum.Mundus pro ornatu & pro eo quod dicitur in promptu,& in expedito,vt ſi quis diceret,hoc eſt in mūdo,poſſet exponi, hoc eſt in promptu. Vide Cariſiū qui citat Enniū, Plautum,& Cæcilium, Per horas hoc in loco intelligo anni partes, Homeri imitatione in Dionyſium. Δὸς δ' ἡμᾶς χαίροντας ἐς ὥρας αὖτις ἱκέσθαι. Ἐκ δ' αὖθ' ὡράων εἰς τοὺς πολλοὺς ἐνιαυτούς. *Da nos gaudentes in horas reuerti & ex horis in multos annos.Vnde)ex quo Ioue. Nil generatur) nil producitur. Maius) potentius.Ipſo).i. Ioue. qui principiū eſt et finis,rerū omniū,vt canit Orpheus.* Ἀρχὴ πάντων πάντων τε τελευτή. *Nec quicquam ſimile)nec aliquid æquale ipſi Ioui. Viget) pollet, cuncta .n. Ioui cedunt & obediunt, mentes beatæ, cælum,elementa, Reges & Populi.*

Aut

Aut ſecundum)nec quicquam eſt quod ſecundum locum prope ipſum Iouem occupet,& nunc Poeta loquitur tanquam Theologus, nam quæ poteſt eſſe proportio inter finita & infinita, inter creata & quæ creata non ſunt, ſolus.n. Deus eſt ſine principio & fine,& rerum omnium ipſe principium & finis eſt. Tamen Pallas) quæ ſapientiæ Dea fertur. Occupauit) ſibi aſciuit. Honores illi proximos) locum poſt ipſum Iouem ſed longo diſtantem interuallo, nam proximus pro diſtante vſurpatur interdum, vt ſcribit Marcellus, ſed ſi volumus per Palladem filium intelligere, qui ſubſtantiæ ratione idē eſt quod Pater, proximos exponimus maxime propinquos, nam ratione naturæ aſſumptæ filius, vt cecinit Dauid, ſedet ad dexteram Patris. ſed hæc nihil ad Horatium

Prælijs audax neq; te ſilebo
Liber,& ſæuis inimica Virgo
Belluis: nec te metuende certa
Phœbe ſagitta.
Dicam & Alciden, puerosq; ledæ
Hunc equis, illum ſuperare pugnis
Nobilem: quorum ſimul alba nautis
Stella refulſit.

Defluit

Defluit ſaxis agitatus humor,
Concidunt venti, fugiuntq; nubes
Et minax, ſic Dij voluere, ponto
Vnda recumbit.

Neq; te ſilebo.) neq; te indictum relinquam. Liber audax prælijs) Bacche, qui ſoluis hominum animos curis, vnde liber appellaris & audacter præliatus es, nam de Indis Triumphaſti, & opem Ioui cum Titanibus bella gerenti, quamuis puer, forti animo tuliſti, quare Bacchus liber appelletur oſtendit Ouid. in arte. Cura fugit multo diluiturq; mero.]

Tunc veniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit
Tunc dolor & curæ rugaq; frontis abit.

Liber inquit Seneca, non ob licentiam linguæ dictus eſt inuentor vini, ſed quia liberat ſeruitio curarũ animos, aſſerit vegetatq; & audaciores in omnes conatus facit, Plutarchus in problematibus reddit rationẽ, cur Bacchum Liberum vocent, an quod bibentibus libertatis cauſa ſit? fiunt. n. pleriq; potu licentiores? An ꝙ libationem inuenit? An vero ſicut Alexander ait, quod pro Bœotiæ libertate pugnauit? Et ò Virgo) Diana. Inimica ſæuis belluis) quæ dea venationis exiſtens ſæuas & immanes feras inſequeris. Nec ſilebo te Phœbe metuende) Apollo, qui metuendus es. Sagitta certa) certo iactu telorum nunquam aberranti & certe ferienti.

per

per quæ tela radios intelligimus, qui nunquam ſoli deficiunt, Apollo ſol eſt qui & Phæbus dicitur, quaſi lucidus, παρὰ τὸ φοιβάω .i. purgo. purgat.n. corpora ſordibus vt Phurnutus & Apollonij interpres aiunt, ſunt qui deriuent à Phæbe Latonæ matre, ut ſcribit Heraclides Ponticus. Dicam & Alciden) Herculem cantabo, qui dictus eſt Alcides ab Alcæo Patre Amphitryonis, cuius filius putabatur, vel ἀπὸ τῆς ἀλκῆς .i. à robore, DE Hercule multa Diodorus apud Græcos, & Macrobius apud latinos, qui docet Solem Herculē dici quaſi gloriam Iunonis, nam ſol eſt gloria & ſplendor aëris, qui nomen accepit ἀπὸ τῆς ἥρας .i. à Iunone. Hinc duodecim Herculis ærumnæ perhibentur, nam ſol per duodecim ſigna meat. Panyaſis Halicarnaſeus præclarum opus de Hercule compoſuit. Piſander Camiræus, Caucalus Rhetor chius Theopompi hiſtorici frater, & C. Cæſar apud latinos. Puerosq; Ledæ) Caſtorem & Pollucem Iouis & Ledæ filios. Hunc) Caſtorem) Nobilem) celebrem & præclarum. Equis) equeſtri certamine. Illum) alterum fratrem Pollucem, repete nobilem. Pugnis) quos à pungendo .i. percutiendo deducit Feſtus. Caſtor fuit eques, cuius equus Cyllarus dicebatur, Pollux vero fuit pugil, qui quendam fratri maledicentem pugnis interemit, vt quidam non contemnendi auctores tradunt, hi duo fratres

effin-

effingebantur robuſti, formoſi, pileati, & ſupra caput flammam habere videbantur, qualem eis apparuiſſe canit Orpheus. Appuleius Caſſides in capite habere ſcribit ſtellarum apicibus inſignes. Seruius vbi Virgilij carmen interpretatur, Si fratrem Pollux Alterna morte redemit, ita loquitur. Helena & Pollux de Ioue nati immortales fuerunt, nam Caſtor Tyndari filius fuit, cuius mortem ſuo interitu fraterna pietas redemit, quod ideo fingitur, quia horum ſtellæ ita ſe habent, vt occidente vna oriatur altera. Quorũ ſtella alba) nitens & ſplendens. Simul) poſtquam. Humor) fluctus maris. Agitatus) ſæpe illiſus. Saxis) ſcopulis. Defluit) deorſum fluit & ſe demittit, & non amplius intumeſcens ſurgit ad ſcopulorum vertices. Concidunt venti) ponunt & mare non turbant, Ex Theocrito.

Ἀπολήγοντ' ἄνεμοι, λιπαρὰ δὲ γαλήνα Ἀμπέ

λαγοσ νεφέλαι δὲ διέδραμον ἄλλυδις ἄλλαι.

.i. ceſſant venti, pulcra tranquillitas per mare, nubes aliæ alio cucurrerunt. Fugiuntq; nubes) aer fit ſerenus & nullis nubibus obducitur. Et vnda minax) quæ mortem nauigantibus minabatur. Recũbit ponto) reſidet in mari & quieſcit. Sic Dij voluere) Parentheſis, vel per deos intellige ipſos gemellos, qui habentur in Dijs, vel intellige alios cœlites, qui hoc ſideri geminorum conceſſerunt, vt illo apparente, tempeſtas ceſſaret.

Romulum poſt hos prius, an quietum
Pompili regnũ memorẽ, an ſuperbos
Tarquini faſces, dubito, an Catonis
Nobile lethum.
Regulum & Scauros, animæq; magnæ
Prodigum Paullum, ſuperante Pœno,
Gratus inſigni referam camœna
Fabriciumq;.
Hunc & incomptis Curium capillis
Vtilem bello tulit, & Camillum
Sæua paupertas, & auitus apto
Cum lare fundus.

Romulum) Vrbis conditorem, qui primus uicto Acrone Duce Ceninenſium, opima ſpolia Ioui Pheretrio coſecrauit. qui tres equitũ centurias vt Cornelius Nepos appellat, inſtituit, quas a ſuo nomine Ramnenſes, a Tito Tatio Titienſes, à Lucumone Luceres appellauit, alij tribus nuncupant, qui centũ ſenatores ab ætate Patres vocauit, qui Vrbem in triginta curias diſtribuit, reliqua apud Liuium, Dionyſium & Cornelium Nepotem leges. An prius memorem Regnum quietum) pacatum extinctis bellorum incendijs. Pompilij) Numæ ſecundi Romanorũ regis qui Pom-

n *ponij*

Verte Cito

poribus de captiuis permutandis Romam miſſus eſt, eo iureiurando, vt infecta re Chartaginem reuerteretur, venit Romam & conditionem in ſenatu diſſuaſit, nulliſq; coniugis & liberorum precibus retentus Chartaginem rediit, & exquiſitiſſimis affectus eſt ſuppliciis, de cuius morte varia priſci Auctores dixerunt, lege Cornelium Nepotem. A. Gellium, Auguſtinum: Eſt et quidã, qui tradit Attilium vita priuatum, quod diu ſomno prohibitus eſſet. Et Scauros) repete referam, familiam Scaurorum qui dicebantur Aemilii, hanc illuſtrauit M. Aemilius Scaurus filius illius, qui quamuis patricius eſſet, propter inopiam carbonariam facere coactus eſt, hic Marcus Aemilius in Hiſpania Corniculum meruit, quod genus erat ornamenti, quo donabantur milites ab imperatoribus re bene geſta, Conſul de Liguribus & Gantiſcis triumphauit, Cenſor Aemiliam ſtrauit, Pontem Miluium fecit, ſi credimus Cornelio Nepoti, & alia edidit memoratu digna. Animæq; magnæ prodigum Paullum) Paullum Aemilium, qui voluit mori potius quam victus in patriam redire, & ob id prodigus animæ dicitur, qui ſponte ſe hoſtibus obtulit, vt animam profunderet, quam magnam appellauit ob mortis contemptum, pati .n. dedecus non potuit, cum ſe victum vidiſſet, Ouidius etiam hac locutione vſus eſt. Sanguinis atq; animæ prodige Galle tuæ. Superante Pœno) vincente Annibale Afro & Barbaro apud Cannas Apuliæ vicum.

Fabri-

Romulum poſt hos prius, an quietum
Pompili regnũ memorẽ, an ſuperbos
Tarquini faſces, dubito, an Catonis
Nobile lethum.
Regulum & Scauros, animæq; magnæ
Prodigum Paullum, ſuperante Pœno,
Gratus inſigni referam camœna
Fabriciumq;.
Hunc & incomptis Curium capillis
Vtilem bello tulit, & Camillum
Sæua paupertas, & auitus apto
Cum lare fundus.

Romulum) Vrbis conditorem, qui primus uicto Acrone Duce Ceninenſium, opima ſpolia Ioui Pheretrio coſecrauit. qui tres equitũ centurias vt Cornelius Nepos appellat, inſtituit, quas a ſuo nomine Ramnenſes, à Tito Tatio Titienſes, à Lucumone Luceres appellauit, alij tribus nuncupant, qui centũ ſenatores ab ætate Patres vocauit, qui Vrbem in triginta curias diſtribuit, reliqua apud Liuium, Dionyſium & Cornelium Nepotem leges. An prius memorem Regnum quietum) pacatum extinctis bellorum incendijs. Pompilij) Numæ ſecundi Romanorũ regis qui Pom-

Fabriciumq;) qui tot Pyrrhi pollicitationes contempſit,ſolamq; nominis immortalitatem exoptans,paupertatẽ amplexus eſt et diuitias contempſit.Paupertas ſæua) quæ alijs ſæua & crudelis videtur ; nam pleriq; egeſtatem tanquam ſummum malum timent, & diuitias appetunt,Terentius appellat onus miſerum & graue. Et fundus auitus) ager ab auis relictus: qui fundus dicitur (vt Varro ait,) quòd quotquot annis multa fundat. Cum lare apto) cum apta & commoda domo, Lares ſunt Dei domeſtici, vnde & lares pro ipſis domibus ponuntur, Lar familiaris teſte Plauto canis forma figurabatur,Varro & Macrobius dixerunt Lariũ Matrem fuiße Maniã,Ouid. in Faſtis laram appellat, quidam alij vocant larundam. Tulit) produxit & fecit. Hunc) Fabricium. Et Curium)Dentatum,qui Pyrrhum Epirotarum Regem Italia expulit. Vtilem bello) aptum bellis gerendis,& publ. vtilitatis ſtudioſum. Incomptis capillis) Crinibus non pexis,quia non curabat corporis cultum,vt molles & effeminati,qui totum diem barbam & Cæſariem pectunt, & vnguẽtis ſe oblinunt. Camillum) Furium nomine, qui Veios expugnauit, qui Gallos ſenonas expulit,&rem Romanis reſtituit. Et ſic oſtendit Fabricium,Dentatum,& Camillum, nullo diuitiarum deſiderio more vulgi flagraſſe, ſed illa tantum diligenter attendiſſe,quæ ad remp. tuendam & amplificandam pertinebant, quod ſi ceteri ciues, qui ſubſecuti ſunt obſeruaſſent, vrbis Romæ

quam græcum nomen eſt. Velut luna)quæ à lucendo vt ait Cicero,vel ꝙ ſola luceat noctu vt Varro,Spartianus de Caracalla loquens teſtatur, veteres vti Lunã ita Lunũ Deum coluiſſe,quod de Carenis præcipue fertur, vt qui lunam feminino genere & nomine appellandam exiſtimaret, is mulieroſus foret; qui vero marem Deum eſſe crederet, is vxori dominaretur ceterarumq; mulierum fraudes contemneret. Inter minores ignes) inter minora ſidera, quæ tanquam ignes noctu lucent, & minora videntur ratione longioris diſtantiæ cum ſint (vt aiunt) lunari globo multo maiora,Cic. lib.vi. de Rep.ita inquit.Hisq; animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quæ ſidera & ſtellas vocatis. Orte Saturno)O Iupiter Saturni fili. fabulam diligenter narrat Apollodorus. Cic. lib.de natura Deorum ſcribit Saturnũ cæli fuiſſe filium,Arnobius ait cæli & Hecates,vocatus eſt Saturnus vel a ſatu, ꝙ Agriculturæ præeſſe putabatur, vel παρὰ τὴν σάθην .i. a membro virili propter generationem. doctiſſimus Cice. & Lactantius dictum Saturnum putant, ꝙ annis ſaturetur, nam per Saturnum tempus intelligimus. Pater gentis humanæ) ſator hominum atq; cuſtos,& conſeruator,vnde à græcis dictus eſt Ζεὺς Σωτὴρ. Iupiter ſeruator. Data eſt cura) commiſſa eſt conſeruatio & cuſtodia. Fatis)ordine fatorum, loquitur Poeta more illorum, qui temere putabant Iouem etiam Deorum maximũ

Fatorum

Fabriciumq;) qui tot Pyrrhi pollicitationes contempſit,ſolamq; nominis immortalitatem exoptans,paupertatẽ amplexus eſt et diuitias contempſit.Paupertas ſæua) quæ alijs ſæua & crudelis videtur, nam pleriq; egeſtatem tanquam ſummum malum timent, & diuitias appetunt,Terentius appellat onus miſerum & graue. Et fundus auitus) ager ab auis relictus: qui fundus dicitur (vt Varro ait,) quòd quotquot annis multa fundat. Cum lare apto) cum apta & commoda domo, Lares ſunt Dei domeſtici, vnde & lares pro ipſis domibus ponuntur, Lar familiaris teſte Plauto canis forma figurabatur,Varro & Macrobius dixerunt Lariũ Matrem fuiſſe Maniã,Ouid. in Faſtis laram appellat, quidam alij vocant larundam. Tulit) produxit & fecit. Hunc) Fabricium. Et Curium)Dentatum,qui Pyrrhum Epirotarum Regem Italia expulit. Vtilem bello) aptum bellis gerendis,& publ. vtilitatis ſtudioſum. Incomptis capillis) Crinibus non pexis,quia non curabat corporis cultum,vt molles & effeminati,qui totum diem barbam & Cæſariem pectunt, & vnguẽtis ſe oblinunt. Camillum) Furium nomine, qui Veios expugnauit, qui Gallos ſenonas expulit,&rem Romanis reſtituit. Et ſic oſtendit Fabricium,Dentatum,& Camillum, nullo diuitiarum deſiderio more vulgi flagraſſe, ſed illa tantùm diligenter attendiſſe,quæ ad remp. tuendam & amplificandam pertinebant, quod ſi ceteri cines, qui ſubſecuti ſunt obſeruaſſent, vrbis Romæ

Fatorum ordinem obſeruare, perinde quaſi ſubiectus Iupiter foret legi fatali, in qua etiam opinione ſe fuiſſe oſtendit Claudianus, qui ſic Iouem loquentem facit in raptu Proſerpinæ.

Viderat hæc dudum ſumma ſpeculatus ab Arce
Iupiter, & Veneri mentis penetralia monſtrat.
Curarum ſecreta tibi Cytherea fatebor,
Candida Tartareo nuptum Proſerpina Regi
Iandudum decreta dari, ſic Atropos vrget
Sic recinit longæua Themis.

Per Atropon quæ vna Parcarum eſt. intelligit Fati neceſſitatem cum qua ne Dij quidem pugnant vt inquit uetus Poeta, et Lentulus apud Liuiũ. Quicquid .n. fatale eſt immutabile eſt, vt Plato putat, At Seneca dixit Deum ipſum ſibi eſſe neceſſitatem; quid ſit Fatum docet Gellius & Boetius, ex auctoritate Chryſippi dicentis. Fatum eſt ſempiterna quædam & indeclinabilis ſeries rerum, & catena voluens ſemetipſam, & ſe ſe implicans per æternos conſequẽtiæ ordines, ex quibus apta connexaq; eſt, ſed de fato multo verius locuti ſunt Theologi Chriſtiani, inter quos docte & ſcite multa memoriæ prodidit Diuus Thomas. Secundo Cæſare) Auguſto Cæſare ſecun cundum te regnante, vel quia Iulio ſucceſſit. Ille) Auguſtus. Seu egerit) repulerit & fugarit. Parthos) qui ſunt à Scythis oriundi, vt ſcribit Iuſtinus, & ſcythica lingua exules ſignificant. Imminentes latio) ad latinum imperium aſpirantes victo Craſſo.

Domitos)

Felices ter et amplius,
Quos irrupta tenet copula, nec ma
Diuulſus querimonijs (lis
Suprema citius ſoluet amor die.

Non poteſt non dolere, cum Thelephum Lydiæ, quam ipſe deperit, nimis gratum eſſe cognoſcat, eo. n. ſunt animo amatores vt nec Iouem (vt ait ille) riualem pati poſſint, exprimit affectus amantium, doctè & eleganter, qui nimio dolore afficiuntur, cum alios ſibi præferri vident, vocatq; illos feliciſſimos, qui vſq; ad exremum vitæ diem ſua frui puella poſſunt. O Lydia cum tu laudas ceruicem roſeam) collum roſeum, purpureum colorem non ſine albo præ ſe ferens, in quo maxima eſt venuſtas, quare puto Tibullum roſeum colorem voluiße exprimere vbi dicit; Et color in niueo corpore purpureus. Ceruix pars poſterior colli, ſed pro toto collo Synecdochicôs, teſte Quintiliano primus omnium Hortenſius ceruicem dixit, nam veteres pluraliter appellabant: qui à ceruice ceruicoſum deducunt, mihi duræ ceruicis homines videntur. Cerea Telephi brachia) iterauit nomen Telephi, vt exprimeret affectum puellæ, quæ ſæpe habet in ore nomen illius, quem adamat. per cerea brachia intelligimus hoc in loco flexibilia quibus Lydiam Telephus ample

ctebatur

Fatorum ordinem obſeruare, perinde quaſi ſubiectus Iupiter foret legi fatali, in qua etiam opinione ſe fuiſſe oſtendit Claudianus, qui ſic Iouem loquentem facit in raptu Proſerpinæ.

Viderat hæc dudum ſumma ſpeculatus ab Arce
Iupiter, & Veneri mentis penetralia monſtrat.
Curarum ſecreta tibi Cytherea fatebor,
Candida Tartareo nuptum Proſerpina Regi
Iandudum decreta dari, ſic Atropos vrget
Sic recinit longæua Themis.

Per Atropon quæ vna Parcarum eſt. intelligit Fati neceſſitatem cum qua ne Dij quidem pugnant vt inquit uetus Poeta, et Lentulus apud Liuiũ. Quicquid n. fatale eſt immutabile eſt, vt Plato putat, At Seneca dixit Deum ipſum ſibi eſſe neceſſitatem; quid ſit Fatum docet Gellius & Boetius, ex auctoritate Chryſippi dicentis. Fatum eſt ſempiterna quædam & indeclinabilis ſeries rerum, & catena voluens ſemetipſam, & ſe ſe implicans per æternos conſequẽtiæ ordines, ex quibus apta connexaq; eſt, ſed de fato multo verius locuti ſunt Theologi Chriſtiani, inter quos docte & ſcite multa memoriæ prodidit Diuus Thomas. Secundo Cæſare) Auguſto Cæſare ſecun cundum te regnante, vel quia Iulio ſucceſſit. Ille) Auguſtus. Seu egerit) repulerit & fugarit. Parthos) qui ſunt à Scythis oriundi, vt ſcribit Iuſtinus, & ſcythica lingua exules ſignificant. Imminentes latio) ad latinum imperium aſpirantes victo Craſſo.

Domitos)

ſlebatur, cereus pro flexibili vſurpatur ab eodem Poëta in Poetica, Cereus in vitium flecti cera. n. cum mollis eſt facile flectitur & in varias redigi formas poteſt, vt eleganti epigrammate Plinius Iunior de ingenio loquens libro vij. Epiſtolarum oſtendit.

Vt laus eſt ceræ, mollis cedensq; ſequatur
Si doctos digitos, iuſsaq; fiat opus,
Et nunc informet Martem caſtamue Mineruã
Nunc Venerem effingat nũc Veneris puerũ,
Vtq; ſacri fontes non ſolum incendia ſiſtunt
Sæpe etiam flores vernaq; prata iuuant.
Sic hominum ingenium flecti duciq; per artes
Non rigidas docta mobilitate decet.

Væ) dolentis interiectio. Meum iecur feruens) meum Epar quod metaphoricôs dicitur feruere cũ nimio plus caleſcit, hoc plerunq; contingit cum indignamur, tunc. n. ſanguis accenditur, & iecur plus ſolito calet, quod nihil ſanè aliud eſt quã ſanguis concretus, quare facile lædi poteſt, vbi ſecunda fit digeſtio, vide Macrobium. Tumet) inflatur. Bile difficili) quæ reddit homines difficiles, vel quia tanta eſt vt difficulter tota eijciatur, hæc bilis pro varia qualitate varijs cognominibus appellatur, nam eſt fllaua, vitellina, Citrina, nigra, vel varia & aduſta, à Celſo vocatur commune

inteſti-

ſui nectaris ,ſuauiori parte dulcedinis concubitus : nam quinq; aiunt eſſe amoris partes . Viſum, colloquium,tactum,oſcula , & concubitum ;ſed quinta eſt ſuauior qui concubitus eſt; poſuit Nectar pro dulcedine voluptatis Venereæ.ſed nectar propriè eſt . τὸ τῶν θεῶν πόμα συνέχον τοὺς πίνοντας αὐτὸ ἐν νεότητι. *Deorum potio bibentes in iuuenta conſeruans, deducitur a nomine* νέον *quod nouum ſignificat , &* ἔχω *quod eſt habeo & tenec,nam renouat & reficit potantes,alij à particula priuatiua* νε *et* κτῶ τὸ φονεύω *quod eſt occido. nam non ſinit occidere & mori ipſius potores . Felices ter & amplius) acclamatio eſt, fauſti & fortunati ſunt multifariam , alij alia ſomniant . Irrupta copula) coniunctio fidelis , ſine labe & ſuſpicione aliqua , quæ incipit amorem corrumpere . Tenet) retinet in mutua beneuolentia & animos colligat . Nec amor diuulſus) nec amor extirpatus illa propriè dicuntur diuelli,quæ radices in profundum egerunt , verus amor in intimis & profundis cordis partibus conſiſtit , cum eijcitur ſumpta ab arboribus metaphora dicitur diuelli. Malis quæ rimonijs) queſtibus & diffidijs . Soluet) diſſoluet & diſiunget amantes . Citius) ocyus . Suprema die) vltima vitæ die .*

Ode

flebatur, cereus pro flexibili vſurpatur ab eodem Poëta in Poetica, Cereus in vitium flecti cera. n. cum mollis eſt facile flectitur & in varias redigi formas poteſt, vt eleganti epigrammate Plinius Iunior de ingenio loquens libro vij. Epiſtolarum oſtendit.

Vt laus eſt ceræ, mollis cedensq; ſequatur
Si doctos digitos, iuſſaq; fiat opus,
Et nunc informet Martem caſtamue Mineruã
Nunc Venerem effingat nũc Veneris puerũ,
Vtq; ſacri fontes non ſolum incendia ſiſtunt
Sæpe etiam flores vernaq; prata iuuant.
Sic hominum ingenium flecti duciq; per artes
Non rigidas docta mobilitate decet.

Væ) dolentis interiectio. Meum iecur feruens) meum Epar quod metaphoricôs dicitur feruere cũ nimio plus caleſcit, hoc plerunq; contingit cum indignamur, tunc. n. ſanguis accenditur, & iecur plus ſolito calet, quod nihil ſanè aliud eſt quã ſanguis concretus, quare facile lædi poteſt, vbi ſecunda fit digeſtio, vide Macrobium. Tumet) inflatur. Bile difficili) quæ reddit homines difficiles, vel quia tanta eſt vt difficulter tota eijciatur, hæc bilis pro varia qualitate varijs cognominibus appellatur, nam eſt fllaua, vitellina, Citrina, nigra, vel varia & aduſta, à Celſo vocatur commune inteſti-

Ode X I I I I.

In Brutum.

O Nauis referent in mare te noui
Fluctus, o quid agis? fortiter occu
Portum, nõne vides, vt (pa
Nudum remigio latus?
Et Malus celeri ſaucius Africo
Antennæq; gemãt? ac ſine funib⁹
Vix durare carinæ
Poſſunt imperioſius
Aequor? non tibi ſunt integra lintea
Nõ Dij, quos iterũ preſſa voces ma
Quamuis pontica pinus (lo.
Syluæ filia nobilis
Iactes, & genus, et nomen inutile,
Nil pictis timidus nauita puppib⁹
Fidit. Tu niſi ventis
Debes ludibrium, caue.
Nuper ſollicitum quæ mihi tædium
Nunc deſideriũ, curaq; non leuis

Interfuſa nitentes
Vites æquora Cycladas.

Hortatur Brutum qui rurſus bellum aduerſus Auguſtum mouebat, vt quieſcat in tuto, nec illud moliatur, quod rebus neceſſarijs deficientibus nullo pacto poterit ſuccedere, quare ne in peiorem incidat calamitatem, monet illum vt ſibi caueat, & pulchra vtens allegoria Nauim alloquitur per quam Brutum, ſub cuius auſpicijs Poeta ipſe infeliciter militauit, intelligimus. Acron vero intelligit Sextum Pompeium qui bellum ciuile voluit reparare, & non diſplicet, ſed quis eſt qui audeat incerta pro certis affirmare, vtraq; interpretatio defendi poteſt ſed meo quidem iudicio Brutum potius quam Pompeium filium debemus intelligere; non .n. ita anxiè de Pompeio vt de Bruto loqueretur. Quintilianus intelligit remp. ſed non placet. O Nauis) o vocantis eſt. & attentionem captat, poſuit Nauim pro Bruto, nam qui bellum parat eſt tanquam Nauis, quæ mari dubio & periculoſo committitur, quamuis .n. prudentia Ducis & militum fortitudo magnæ ſit efficacitatis, vt victoria de hoſtibus reportetur, Fortuna tamen multum poteſt, multaq; præter opinionem eueniunt, quæ cuncta interturbant, vt tempeſtas maris, quæ nonnunquam repente oboritur, facitq; vt Naucleri parum proſit experiētia. Noui fluctus) noui tumultus bellici. Referent) retrahent.

retrahent. Te) Brutum. In mare) in bellum, in quo varij rerum euẽtus cognoſcuntur, vt in mari, quod nunc ſecundo vento ſultatur, & tranquillum videtur, nunc ita fremit & intumeſcit, vt mortem ante oculos verſari videant nauigantes. O) acclamantis, & increpantis. Quid agis !) nihil imprudenter agendum eſt; & cuncta circumſpicere debes, quæ ad rem conficiendam pertinent. Fortiter) conſtanter & prudenter, vera.n. fortitudo non eſt niſi cum prudentia, & in rebus proſperis & aduerſis cognoſcitur, ſed Brutus fortitudine indigebat in perferendis calamitatibus, fuerat.n. Caſſius ab Auguſto apud Philippos profligatus, & ſe ferè nullis munitum ſubſidijs videbat. Occupa portum) in ſecurum & quietũ locum te recipe, portus in quo naues proprie tutò conſiſtunt, eſt.n. vt ſcribit Vlpianus, locus concluſus, quò importantur merces et vbi naues hyemãt, Metaphoricôs plerunq; vſurpatur pro ſecuro rerum ſtatu, vel pro quolibet loco, vbi nihil periculi formidatur. Plautus in Mercat. Res eſt in portu, Terentius in Andria. Ego in portu nauigo. Virg. quoq; dixit Nunc mihi parta quies, omnisq; in limine portus. Nonne uides vt latus) ſcilicet tuũ. Nudum) exutum. Remigio) ordine remigum, qui remis incumbunt, & ſæpe contra vim ventorum triremem impellunt, quaſi dicat nonne vides Brute te rebus illis carere, quibus opus eſſet, vt rurſus te Auguſto feliciter imperanti opponas, deſunt mi

lites, quorum maior pars in prælio propè philippos deſiderata eſt, deſunt pecuniæ quæ Nerui belli à Cicerone vocantur. Vt Malus) arbor nauis. Saucius) quasſus & fractus. Celeri ſafrico) vento ex Africa ſpirante non ſine vi, per quem Auguſtum accipimus, qui nihil cunctatus exercitum ſtruxit, & Bruti conatum repreſſit. & infirmauit. Antennæq; gemant) ſtridant à ventis concuſſæ, ita vt gemitus ferè audiatur, qui propriè hominũ eſt. Antennæ ſunt ligna tranſuerſa, in malo poſita, in quibus vela alligantur. Plinius lib. 7. vela Icarus, malum & Antennas Dædalus inuenit. Poëta dum hæc loquitur perſiſtit in allegoria. Ac ſine funibus) ſine rudentibus & camelis, huiusmodi n. nominibus nautici funes appellantur. Carinæ) infimæ partes tuæ. Poſſunt durare) perferre Virg. durate & vos met rebus ſeruate ſecundis. Horatius Perſta atq; obdura. Aequor imperioſius) mare valde imperioſum & fluctuans. quaſi dicat, Brute, cum tibi, quæ belli ratio requirit, deficiant, magnam Auguſti potentiam ſuſtinere non poteris & valde inualidus & imbecillis es vt Fortunæ varietatem, quæ in bellis ſæpe dominatur, toleres. Non tibi ſunt integra lintea) ſciſſa & dilacerata maiori ex parte tibi ſunt vela, quæ tutò ventis pandi nõ poterunt. Non Dij) non adſunt tibi Deorum numina, per quæ poſſumus intelligere Caſſianam factionem, quæ ita erat debilitata, vt nullam ferre

opem

opem Bruto poſſet. vel Deos ipſos intelligimus, ſine quorum auxilio nihil effici poteſt, quod præluceat. nam vere dixit Ouid. quod Dij voluere peractum eſt. Quos voces) inuoces, & implores. Preſſa) Tu na uis malis affecta, & à ventis agitata. i. Tu Brute qui fatigatus & oppreſſus es, magnis Auguſti viribus: videbat Horatius ita rem Cæſaris indies in maius prouehi, vt pro certo haberet imperium à Dijs illi concedi, fruſtraq; aduerſarios laborare, vt illum de gradu deturbarent, quis enim eſt qui poſſit cum Deo pugnare? ſcimus .n. illius numine adiutos vel parua manu interdum potuiſſe magnum exercitum fundere, vt Leonidam apud Thermopylas, teſte Valerio. Et Moſes Deo ſupplicans ſupinis manibus hoſtes permebat; quare inuito Deo nihil agendum. Quamuis pontica pinus) Tu nauis facta ex pinu ponticæ regionis. Pontus .n. regio eſt iuxta quā Colchis, hinc Ouidius opus inſcripſit de Ponto, vbi exul vixit vſq; ad extremum vitæ diem, verum eſt interdum ponti nomine ſignificari mare Euxinum Stephano teſte, quod mare prius Axenon dicebatur, quaſi inhoſpitale, vide Pomponium Mellam. Sed Pinus pontica dicta eſt à regione vt apud Catullum Amaſtri pontica, vbi naſcūtur arbores ex quibus naues fabricantur, qualis eſt pinus arbor Cybelæ conſecrata & in quam conuerſa eſt Pythis, vt eſt in fabulis, & quam ſi exciſa ſit non reddituram ſobolem ſcribit Herodotus. Filia)

appoſitio eſt et metaphora. Syluæ nobilis) celebris. Iactes) oſtentes) Et genus) generis claritatem. Et nomen inutile) præſtantiam & antiquitatem familiæ, quæ nihil prodeſt, cum Fortuna nobis aduerſatur, Nomen proprie gentile eſt, ſed generatim ponitur pro prænomine & cognomine, omnia .n. quæ per caſus declinantur, nomina poſſunt grammatice appellari, vnde Auſonius dixit, tria nomina nobiliorum, per quæ prænomen nomen & cognomen intellexit, de quibus Quintilianus meminit, et Plutarchus in vita Marij. per hæc verba innuit Horatius Brutum antiquitate generis excelluiße, vt apertè oſtendit Cicero in libro de Claris Oratoribus. licet alij viri eruditi ſecus ſentiant, vel per nomen intellige Famæ celebritatem. Nauita) Nauta Epentheſis figura eſt & a Poetis tantum vſurpatur. Nil fidit pictis Puppibus) pictura exornatis. puppis.n. pars nauis poſterior quæ græcè πρύμνα vocatur, depingi plerunq; ſolet, ibi .n. nauis gubernator manet, ſed quid illa prodeſt pictura, cum nauis periclitatur? clara igitur nobilitas ceteraq; fortunæ ornamenta nihil proſunt, cum eo redacti ſumus, vt cedendũ & ſuccũbendũ ſit potentioribus. Tu caue) conſule tibi. Niſi debes ludibriũ ventis) niſi fata cogunt te à ventis diuexari, & demũ diffringi, cum.n. à ventis agitatur nauis, ventorũ ludus videtur & huc et illuc, impellitur, tanq̃ pila, locutio græca eſt et ſatis eſt hoc innuere ne dũ latinũ

expo-

exponimus auctorē, uideamur græcos auctores īter pretari, græcæ linguæ oſtētandæ gratia. Nuper ſolli citū quæ mihi tæ diū) quæ paulo ante mihi magnā exhibebas moleſtiā & ſolicitudinē, non ſine tædio & animi angore. Nunc deſiderium) ſupple es, nā teneor magno tuæ deſiderio ſalutis, ut periculum, quod intenditur euadas, & in tutum te conferas. Curaq; non leuis) grauis & moleſta anxietas, nam interdiu noctuq; cogito de tua ſalute dum uereor, ne à mari tam periculoſo abſorbearis. Vites æquora interfuſa nitentes Cycladas) fuſa & immiſſa inter Cycladas maris Aegæi inſulas, quæ ἀπὸ τȣ̃ κύκλου. *i. à circulo dicuntur nā in orbē ſitæ ſunt. Nitentes) ſplendētes, vel propter ſpumas, mare.n. quod eſt inter illas inſulas non multū inter ſe diſtantes, cū ſæpe agitetur, ſpumoſum aſpicitur, vel dixit nitentes ꝓpter ſaxa illarū inſularum, quæ candida ſunt, nam marmor pariū, quod dictū eſt à Paro vna Cycladum candidiſſimum ſpectatur, ex his verbis colligimus Horatium potius de Bruto quam de Sexto Pompeio fuiſſe non ſine allegoria locutum, non.n. tanta cum Pompeio filio Poetæ familiaritas interceſſit, quanta cum Bruto, ſub quo militauit, & cum quo familiariter uixit, quare Bruti ſalutem & ſecuritatem potius optabat, & de Bruto magis erat ſolicitus, & anxius, quam de Pōpeio filio, omnia.n. quæ de naui dicuntur, ad Brutum referri debent non ad remp. nec ad Pompeium, quid ſentiat Quintilianus alij videant.*

Ode XV.

De Ruina Troiæ.

Paſtor cum traheret per freta nauib⁹,
Idæis Helenam perfidus hoſpitã,
Ingrato celeres obruit ocio
Ventos, vt caneret fera
Nereus fata mala ducis aui domũ
Quã multo repetet græcia milite,
Coniurata tuas rumpere nuptias
Et regnum Priami vetus.
Eheu, quant⁹ equis, quãtus adeſt viris
Sudor? quanta moues funera Dardanæ
Genti? iam galeã Pallas & Aegida
Currusq; et rabiem parat.

Hac ode Bacchilidem imitatur & Nereum Marinum Deum loquentem facit, qui Paridi Helenam, quam violato iure hoſpitij rapuerat, per mare in Troiam ducenti, futura mala prædicit. Paſtor) Paris qui nutritus eſt inter Paſtores cum fuiſſet expoſitus, ſomniauit.n. Hecuba facem parere, qua tota vrbs combureretur, & Idæ Sylua. Homeri interpres

pres hiſtoriam narrat. Perfidus) qui fidem fregit amicitiæ, quo quidem nihil deteſtabilius, nam fides eſt illa, quæ generis humani ſocietatem conſeruat, & quæ hoſtibus etiam vt ait Cicero eſt obſeruanda. Cum traheret) per vim duceret. Helenam Ledæ filiam & Menelai vxorem, cuius pulchritudinē Zeuſis Crotone depinxit, qui formam quinq; puellarum vnum in locum deductarum ſpectans, ex animali exemplo, veritatem in mutum ſimulacrum tranſtulit, dixit traheret ut tota iniuria Paridi eſſet inferenda, & Helena excuſanda. Hoſpitam) quæ Paridem Hoſpitio accepit, Ouidius. Hoſpita Demophoon tua te Rodopeïa Phyllis. Nauibus idæis) phrygijs ab Ida monte dictis. Ida mons eſt in Phrygia & Creta; Ida phrygiæ nomen accepit ab Ida Regina vt ſcribit Charax quem Stephanus citat. Nereus) Marinus Deus Neptuno antiquior, vnde Nereides Nymphæ maris appellantur, de quibus Heſiodus ĩ Theogonia. appellatur παρὰ τὸ νῆν καὶ ῥεῖν quod eſt fluere. οἱονεὶ νηχόμενος θεὸς. i. tanquā natans Deus, filius ponti fertur, Heſiodus.

Νηρέα δ' ἀψευδέα καὶ ἀληθέα γείνατο πόντος.

Nereum non mentientem & veridicum genuit Pontus. Obruit) oppreſſit & cohibuit profundis in locis, ne aëra & mare agitarent. Ventos celeres) qui ſuapte natura celeres ſunt, nam ſunt exhalationes quibus nihil leuius. venti Aſtræi & Au-

rore

rorae filij dicuntur à Poetis qui quatuor ſunt principales, vt canit Ouid. & à quatuor mundi partibus ſpirant, ab Orpheo tres tantum ponuntur in hymnis Boreas, Zephyrus & Notus; Acuſilaus, vt quidam ait, tres quoq; tantum ab Heſiodo poſitos ait, ſed verè quatuor Heſiodus ponit in Theogonia.

Ἀργέστην ζέφυρον Βορέην καὶ Νότον.

ſed Acuſilaus forte putauit tres tantum ab Heſiodo poni quia nulla ab illo facta eſt mentio de vento qui ſpirat ab Oriente. De ventis multa Ariſtoteles, Vitruuius, Vegetius, & Gellius. Otio ingrato) moleſto vel ipſi Paridi, qui cupiebat quamprimum curſum conficere, vel ventis, quorum proprium eſt flare. Vt caneret) vaticinaretur. Fata fera) diuina decreta ſæua & crudelia, aduerſus Paridem. Ducis) introducit Poeta vaticinantem Nereum, & ſic dicentem. Ducis) fers tecum. Mala aui) malo auſpicio. ſunt.n. aues quædam funeſtæ, quæ mala prænuntiant, vt Bubo, Striges, & aliæ. Domum) tuam ſcilicet, per quam Troiam intelligimus. Quam) .ſ. Helenam. Græcia) Regio notiſſima. quæ dicta eſt à Græco Rege, Hellas appellata eſt ab Hellene Patre Dori, Xuti, & Aeoli, vt ſcribit Apollodorus. Repetet) vt reſtituatur tanquã res quæ merito debetur. Terent. Phor. Ceterum quum argentum repetent, noſtra cauſa ſcilicet, in neruum potius ibit. Multo milite) ſingularis pro plurali, Synecdochicôs, id eſt multis militibus Quintilianus

tilianus teſtatur in ſeptimo, quinquaginta Reges *è Græcia ad Troiam nauigaſſe, Dictys Cretenſis & Dares Phrygius ſigillatim naues recenſent, quibus vecti ſunt Græci milites in Phrygiam,* Militem *Aelius à mollitie* κατ' ἀντίφρασιν *dictum putat, eo quod nihil molle ſed potius aſperum quid gerat. Coniurata) .i. quæ coniurauit, hoc verbum interdum in malam partem accipi ſolet, qui coniurant iureiurando aſtringuntur, vt ſint aliquid vnanimes vel perperam ex fide facturi, nota eſt Catilinæ coniuratio. Sed hic potius in bonam partem accipitur. nam laudabile eſt Principis* Menelai *vxorem audacter ablatam recuperare. & ego iurarem Horatium ad ius iurandum procorum* Helenes *non reſpexiſſe.* Rumpere *)frangere & diſſoluere.* Tuas *nuptias) tuum connubium illicitum & non legitimũ, nuptiæ dictæ ſunt à nubendo .i. obtegendo, ſolebat enim obnubi & obtegi flammeo nouæ nuptæ caput.Feſtus. Connubij inuentum Iuſtinus tribuit Cecropi Athenarum* Regi. *Et regnum vetus) regnum antiquum. quare multo nobilius. nam* rès *vetuſtate nobilitantur , vt teſtatur Ariſtoteles.* πρεσβύτατον τιμιώτατον. *antiquiſſimum nobiliſſimum eſt,regnum pro dominio,vt iuriſconſultorum vtar vocabulo,de varia cuius ſpecie idem Philoſophus loquitur in politicis.pro ipſa etiam regione quæ poſſidetur poni interdum ſolet. Priami)*

Regis

Regis Laomedontis filij, qui Podarces quaſi pedibus valens dicebatur, vt ait Lycophronis interpres ſed flammeo Heſiones redemptus Priamus eſt appellatus, & ditiſſimus fuit. vnde dictæ ſunt, πριαμικαι τύχαι Priami fortunæ. Dares Phrygius ſcribit Priamum fuiſſe vultu pulchro, magnum, voce ſuaui, aquilino corpore. Quantus ſudor) quantus labor, cum .n. corpore laboramus, nõ poſſumus non ſudare, calor .n. excitatur, qui facit, vt ſudor emanet, vſurpatur interdum metaphoricôs, licet animo non corpore laboremus, Horatius. Multa tulit fecitq; puer ſudauit & alſit. ſudor deducitur παρὰ τὸ ὕδωρ, vertitur aſpiratio in literam. ſ. y. in u, & fit ſudor, qui ſalſus eſt, nam pars humoris, quæ dulcis eſt & leuis, ad corpus nutriendũ retinetur, quæ uero aliena et cruda, partim deorſum collapſa ſubſidet, & vrina vocatur, partim ad corporis sũma emergens ſudor eſt. Adeſt) iã iã perferendus eſt. Equis) qui neceſſarij ſunt bellis gerendis, et quos primi omniũ Centauri conſcenderunt. Quantus ſudor adeſt viris) quãtus labor adeſt ciuibus Troianis & alijs, qui vrbẽ Troiam tueri conabuntur, repetitur quantus ad maiorem uim, hoc eſt ad maiores erumnas exprimendas, replicatio .n. quæ græcè anadiploſis dicitur, magni eſt momenti, frequentius apud Poetas quam apud oratores hoc figuræ genus inuenitur, vt ſentit Aquila

Romanus

Romanus. Quanta funera) quantas cædes. Funus propriè exequiarũ pompa, vt alibi dixi, quod dictum eſt, à funalibus accenſis, nã veſperi cadauera olim efferebantur, vt putat Donatus. hinc veſpillo qui hanc curam ſuſcipiebat. Martialis. Chirurgus fuerat nunc eſt veſpillo Diaulus. Curator funerum Pallinctor dicitur. Plautus Aſin. Ecquis currit Pollinctorem accerſere? apud Feſtum leguntur funera ſimpludiarea, quibus ludi adhibebantur, quid ſint apud Feſtum funera Simpludiarea nuſquam legi, nonnulli putant locum eſſe mendoſum, Sed ſi datur locus coniecturæ, puto debere dici Simpludiarea à Simplo die i. vnico, uel propter excellentiam funerum, vel q̃ vno tantum die illa funera fierent: quod magis placet. Genti Dardanæ) genti Troianæ à Dardano Rege dictæ, Iouis & Electræ filio, Virg. Dardanus Iliacæ primus Pater vrbis & Auctor. Lycophronis interpres de Dardano loquens hæc prodidit. Dardanus exundatione facta ex Samo thracia in vlteriorem terram traiecit Troiam conditurus, At oraculo prohibitus eſt, ne vrbem in colle conſtrueret, itaq; condidit Dardaniã. Iam Pallas) Bellona bellorum dea. Parat) Galeam caſſidem, galea dicta eſt à Galero quo olim vtebantur vt Varro docet. Et Aegida) ſcutum. Aegis ſcutum Palladis dicebatur, quod opertum erat corio capellæ Amaltheæ, Aex .n. capram ſignificat, & in eo caput erat Gorgonis, Muſæus Auctor eſt

Iouem

Iouem contra Titanas dimicantem capellæ ſuæ nutricis corio fuiſse vſum pro ſcuto, vnde à Poetis Aegiochus appellatus eſt; Hyginus ſcribit Ioui cōtra Titanas bellum apparanti reſponſum fuiſse, ſi vincere vellet, vt Aegós pelle tectus & capite Gorgonis, bellum adminiſtraret. Itaq, facto eo, quod ſupra diximus, Iupiter Titanas ſuperans regnum eſt adeptus, & reliqua oſsa Aegos caprina pelle contecta anima donauit, & ſtellis figuratam capellam memoriæ commendauit, poſtea quibus iſpe vicerat tectus, Mineruæ conceſſit. Currusque. quibus olim pugnabatur & qui falcati erant, Statius in Thebaide. Antea falcato luſtrantem Mœnia Curru. Et rabiem) bellicum furorem. rabies proprie morbus caninus eſt vt Feſtus ait, ſed uſurpatur quãdoq; metaphoricôs. Horatius in arte. Archilocum proprio rabies armauit Iambo.

Nequicquã Veneris præſidio ferox
Pectes Cæſariem: grataq; feminis
Imbelli cithara carmina diuides.
Nequicquã thalamo graues
Haſtas, & calami ſpicula Gnoſii
Vitabis, ſtrepitumq; & celerē ſequi
Aiacem, tamē, heu, ſerus adulteros
Crines puluere collinies.

Non

Non laertiaden exitium tuæ
Gentis,nō Pyliū Neſtora reſpicis?
Vrgent impauidi te ſalaminius
Teucerq;,& Sthenelus ſciens
Pugnæ, ſiue opus ē imperitare equis
Nō auriga piger. Merionen quoq;
Noſces,ecce furit te repire atrox
Tytides melior Patre.

Ferox) ſuperbus. Præſidio) Veneris, cui cauſam adiudicaſti. Pectes Cæſariem) pectine comam-colles, molles & mulieroſi vt pulchriores videantur, corporis ornatum curant, cupiuntq; videri mundi bene pexi & pretioſis veſtibus amicti: veteres Cæſarie & promiſſa barba delectabantur, Iuuenalis. Vt credam dignum barba dignumq; capillis maiorum. Varro teſtatur Menam *è Sicilia primū in Vrbem Tonſores adduxiſſe, poſt eam conditam anno quadringenteſimo quinquageſimo quarto, olim Tonſores non fuiſſe Romæ ſignificant antiquorum ſtatuæ,quòd pleræq; habent capillum & barbam magnam, vt Varronis teſtimonio probatur. Et diuides) alternabis meo quidem iudicio; nam quæ alternis conſtant carminibus, velut hexametris & pentametris,dum viciſſim canuntur,diuerſa melodia diuidi dicuntur, alij aliter ſentiunt, ſed*

mihi

mihi integrum eſt dicere quod ſentio.poeta reſpexit ad elegias,quæ ſunt aptæ ad permulcendos & exhilarandos puellarum animos, & cantari ſolent ab amatoribus,talis eſt igitur ſenſus . & nequicquam diuides.quaſi dicat fruſtra diuidendo,& alternãdo canes carmina,vel diuides . nã lyricines nũc uoce nũc lyræ ſono vtũtur . Grata feminis) quæ ſuapte natura molles et laſciuæ ſunt,molliq; et laſciuo cantu nimis afficiuntur.non .n. omnis Harmonia pariter afficit, phrygia animum accendit,Dorica temperat & virilem animum reddit,lydia verò puerorum eſt, & hanc mollem Socrates apud Platonẽ appellat . De his omnibus Plato & Ariſtoteles . Imbelli Cithara)quæ pulſari ſolet frequenter ab ijs, qui ſunt imbelles & amatoria quærunt, quare non iniuria ita eleganter Poeta ingenioſius cecinit . Bella gerant alij tu Pari ſemper ama . Nequicquam vitabis Haſtas) quæ vibrantur ab illis qui fortiter cum hoſtibus confligunt.Graues) moleſtas & odioſas . Thalamò) ijs qui verſantur in Thalamo,quod cubiculum eſt vbi conuerſantur & commiſcentur vir & vxor , vſurpatur ab Homero pro domo θάλαμον γνωτούς τε λιποῦσα , Domum & familiares relinquens , & dicitur Thalamus ἀπὸ τοῦ θάλλειν quod ſignificat uireſcere, et germinare , hinc Epithalamion quod in nuptijs canitur.Et ſpicula) quæ formam ſpicarum præſeferunt,

runt, quare ſpicula uocantur, quæ tela miſſilia vocat Vegetius: et Ouidius. Calami Gnoſij.) Cannæ cretenſis a Gnoſo oppido de quo Strabo & Pl. Antiquitus enim ſpicula è calamis fiebant, præſertim ex ijs, qui eſſent, denſiores, & ſolidiores, quorum copia naſcebatur propè Gnoſum Cretæ oppidum. Ouidius. Impoſitis calamis patulos ſinuauerat arcus. Plinius ſic de his loquitur, calamis Orientis populi bella efficiunt, calamis ſpicula addunt irreuocabili hamo noxia, mortem accelerant pinna addita calamis, & paulo inferius. Ac ſiquis conſideret Aethiopas, Aegyptum, Arabas, Indos, Scythas, Bactros, Sarmatarum tot gentes, & Orientis, omniaque Parthorum regna diligentius computet, æqua fermè pars hominum in toto mundo calamis ſuperata degit, Strepitumque) militum ſcilicet: Et Aiacen. vel oilei vel Telamonis filium, ſed hic potius Oilei filium intelligimus de quo ſic Homerus in Iliade: ἔνθα πολὺ πρώτιστος ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας. *Celerem ſequi.) corporis agilitate, & pedum uelocitate aptum, ad hoſtes inſequendos, hæc enim pedum celeritas maximæ laudi ducebatur. Itaque Achilles* ὠκὺς πόδας *pedibus uelox uocatur ab Homero, Collines.) pollues, & fœdabis: Puluere. in quem a Pyrrho interfectus miſerabiliter cades. Lycophronis interpres ait Alexandrum fuiſſe interfertum a*

Philoctete, qui illum reſiſtentem in arte iaculandi prima ſagitta in dextera manu ſauciauit, ſecunda dextrum oculum effodit, tertia pedes vulnerans interfecit. Crines.) capillos, qui dicti ſunt crines quòd vnus ſit ab altero diſcretus. *Adulteros,)* ideſt Paridis Adulteri, cuius imitatores lege Iulia olim puniebantur; Iuuenalis; vbi nunc lex Iulia dormis; Aelianus teſtatur in varia hiſtoria Zaleucum locrenſem Regem, in adulteros legem ſanciuiſſe, qua cautum erat, ut ſiquis in adulterio fuiſſet deprehenſus, oculis eſſet orbandus, deprehenſus eſt filius: ut lex eßet magis obſeruanda, & ne filius ſecundum legem ambobus eſſet oculis priuandus, alterum ſibi alterum filio oculum effodi iußit; Interpres Ariſtophanis docet raphanos fuiſſe impactos in anum illius, qui cum alterius vxore fuiſſet deprehenſus, & ad id fortaſſe Catullus reſpiciens dixit. Quem attractis pedibus patente porta Percurrent raphaniq; mugilesq;. *Non reſpicis.)* O Pari non animaduertis. *Laertiadem.* Vlyßem laertis filium qui technis ſuis multa molietur aduerſus Troiam, & qui non minus aſtu Troianis aduerſabitur, quàm quilibet alius è Græcis ducibus ſtrenuiſſimus. *Non Pylium Neſtora.)* Neſtorē Nelei filium qui dictus eſt Pylius a Pylo oppido Achaiæ, & qui conſilio et eloquentia, qua maximè præſtabat, vt ſcribit Homerus, exercitum græcorum ab omni periculo tutum reddebat. quare dicebat Agamem-

non

non, ſi decem haberẽ Neſtoras, paruo negotio Troianos ſubigerem. Pylos) vrbs vt Stephanus ait in Meſſana, dicebatur Coryphaſion, eſt etiam inſula prope Peloponneſum, de Pylo meminit Ariſtophanis Interpres & Euſtathius in Odiſſea. Teucerq; Salaminius,) Teucer Aiacis frater Telamonii filius, dictus Salaminius à Salamine Patria, de qua diximus alibi abunde. Et Sthenelus.) de quo Homerus, in quinto Iliados. Sciens pugnæ,) tanquam ueteranus miles & non Tyro. Imperitare equis.) frenis equos coercere, et illorum curſui moderari Auriga non piger.) equorum rector ſedulus et ſolers, fuit enim Diomedis Auriga, et Capanei. Filius. Impauidi) ſcilicet tam Teucer quã Sthenelus, qui omni timore depoſito in confertiſſimas hoſtium acies irruent, et qui unumquodque uitæ periculum fortiter adibunt, ut hoſtilem exercitum profligent, & Troiam capiant. Vrgent te.) inſectantur & quieſcere non ſinunt, donec meritam Luas pœnam. Noſces quoque Merionẽ.) Experieris robur Merionis, qui inter ſtrenuiſſimos recenſetur ab Homero. Ecce Diomedes.) Tydei filius. Melior Patre) fortior & validior parente ſuo, nam cum dijs etiam pugnauit; ſiue reſpexit ad laudem qua ſe ipſum et Diomedem Sthenelus affecit, uide Homerum. Furit Atrox.) ita magno furore percitus eſt vt atrocitatem præſeferat. Te reperire.) te offendere, ut interficiat. Furit cum infinitiuo more græcorum.

Quem tu, Ceruus uti uallis in altera
Viſũ pte lupũ graminis ĩmemor
Sublimi fugies mollis anhelitu.
Non hoc pollicitus tuæ,
Iracunda diem proferet Ilio (lei
Matroniſq; Phrygũ claſſis Achil-
Poſt certas hiemes uret Achaicus
Ignis iliacas domos.

Quem) Diomedem. Tu fugies mollis. laſciuus et tanquam mulier pauidus, Sublimi anhelitu, ideſt adeo magno ut in ſublime feratur, cum enim timore perculſi fugimus, duplici de cauſa uehementer anhelamus, tum pauore, qui facit ut frequenter reſpiremus, tum arterijs nimio curſu defatigatis. Vti ceruus. qui ſuapte natura timidus eſt. Immemor Graminis.) paſcuorum. Lupum uiſum in altera parte uallis. per quam uallem paſcere ſolitus eſt ceruus. Lupus animal eſt uoraciſſimum, de quo Plinius & Ariſtoteles, qui dicit lupas omnes intra xij. dies parere, cuius rei cauſam dicunt, quod Latonam oberrantem totidem diebus ex Hyperboreis Delum deduxerint ſub ſpecie lupæ, metu Iunonis, Aelianus tradit lupum Delphis coli, nam aurum ſacrum à furibus ablatum, et in Parnaſſo

defoſſum

defoſſum vt Polemon dicit, lupus inueſtigauit, ſcribit etiã Aelianus prope Mæotidem lupos cum piſcatoribus uerſari, a quibus ſi marinæ prædæ partem accipiant, pacem conſeruant, ſi nihil conſequantur, eorum retia lacerant. Nõ hoc pollicitus.) qui non hanc molliciem et timiditatem promiſiſti; tuæ Helenæ.) quam multis pellexiſti pollicitationibus, & tui corporis robur inſolenter oſtentaſti, vnde apud Ouidium, Finge tamen ſi uis ingens conſurgere bellum, Et mihi ſunt vires & mea tela nocent. Claſsis Achillei,) ideſt manus militum nauibus in Troiam vecta, cui præerit Achilles. Iracunda).i. non ſine iracundia et indignatione et cupiditate vlciſcendi: Ira enim vt tradit Ariſtoteles eſt appetitus vindicationis. Proferet diẽ) producet tempus excidij, nã cupiet primo quoque tẽpore vlciſci; Ilio. Troiæ. Et matronis phrygũ.) Phrygijs mulieribus, quæ maritos ſuſpirabunt, ac de eorum uita ſolicitæ noctes atque dies torquebũtur, & ſic mouetur Pathos; Matrona (vt inquit Gellius) eſt quæ in matrimonium cum uiro conuenit, quo ad in eo matrimonio manet, etiamſi ſibi liberi nati non ſint, dictaq; eſt à matris nomine non adepto iam, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendi. Phryges dicti ſunt a Phryxo vt ſentit Ariſtophanis interpres, Phygiæ nomine duas appellari regiones Strabo ſcribit, quarum altera eſt pulchra et magna, vt ſentit etiam Stephanus, cui dominatus

 eſt.

eſt; Midas. Altera uero parua ſupra Helleſpontum, circa montẽ olympum, quæ Epictetus dicebatur; Poſt certas biemes,) poſt certos annos, quãuis excidium differatur. Ignis achaicus.) incẽdium quod fiet à Græcis qui achæi & Achiui dicuntur, unde nomen etiam Achaicus. Achaia pars Peloponneſi eſt. Domos Iliacas.) Troiana ædificia. Ab Ilio Ilius, & Iliacus: Et ſic innuit tandem Paridis flagitio Troiam flamma & ferro deuaſtatum iri.

Palinodia. Ode XVI.

O Matre pulchra filia pulchrior,
Quẽ criminoſis cũq; uoles modũ
Pones Iambis: ſiue flamma
Siue mari libet Adriano.
Non Dyndimene, non adytis quatit
Mentẽ ſacerdotũ incola Pythius
Non liber æquè: non acuta
Sic geminant corybantes æra.
Triſtes ut iræ: quas neq; Noricus
Deterret enſis, nec mare naufragũ
Nec ſæuus ignis, nec tremendo
Iupiter ipſe ruens tumultu.

Poeta

Poeta more amantium iratus eſt puellæ, quã maledictis laceſſiuit, ſed poſteaquam ira deferbuit, pænituit illum maledictionis, quare cupit puellam ſibi reconciliare, & pollicetur ſe numquam alias obloquuturum, & carmina conuitijs plena vel combuſturum, uel in mare proiecturum, pro ut illi placuerit, culpam uero maledicendi in iram transfert, qua ſæpe homines ita afficiuntur, ut ferè nihil differãt ab inſanis; Irati enim ita ſe præcipites agũt, vt nihil timeant. itaque propter iram, multa hominibus mala euenerunt. O filia pulchrior Matre pulchra.) pulchritudo, vt inquit Cicero, eſt apta membrorum figura cum coloris ſuauitate, cõſiſtit in magno corpore, ut ſcribit Ariſtoteles. Plato triplicẽ ponit, corporis animi & uocis; Quemcumq; modum.) quẽcunq; finẽ, Pones.) impones. Iambis criminoſis.) iambicis carminibus ignominioſis, his enim carminibus inſectatus eſt Archilochus lycambem, metrum eſt quod celeriter currit et animi furorem oſtendit, quod dictũ eſt iambicum ab iambe puella. vt ſcribit auctor Etymologicon. quæ cum matricis dolore afficeretur, ludens iocansq; & obſcœna loquens riſum mouebat. uel dictum eſt ἀπὸ τοῦ ιαμβίζειν, quod eſt maledicere & ſagittas iacere. uerba enim obtrectantium tanquam ſagittæ feriunt animos. Siue libet flammã.) per flammam, ut quicquid à me ad-

uerſus te ſcriptum eſt in ignẽ conijciatur, Siuè mari Adriano, ut demergatur in mare Adriaticum, & poſuit ſpeciem pro genere. Non æquè. non ſic. Dyndimene. Cybele a Dindymis Phrygiæ montibus appellata; quæ alijs etiã nominibus dicta eſt. vt Peſſinuntia, à peſſinunte oppido, Dea Phrygia, nam ibi colebatur, Dea Turrita, nam fertur Turres ſuſtinere, per illam enim terram veteres intelligebant, quæ omnia ſuſtinet, dicta eſt Cybele à Cybelo monte, vt ait Diodorus, qui ſcribit, quo pacto Cybele prouecta ætate adoleſcentem quendã eius regionis Attin nomine dilexit, quem poſtea papam nuncuparunt, cum eo clam ſe commiſcens grauida facta eſt, quod ſimulac parentes reſciuere, Attin & Nutrices interfici iuſſerunt, Cybele tum Attin deplorans, tum de nutricum nece nimio dolore confecta inſana facta eſt, & pſallens cum Tympano in publicum prodijt: ex hac re ſcire licet, quare in ſacris Cybeles tympana pulſabantur, & ſacerdotes furore capti, per Phrygios montes, poſtquam potaſſent Galli fluminis aquam uagabantur, à quo flumine Galli etiam ipſi ſacerdotes appellati ſunt. Non æquè Pythius. Apollo, à Pythone ſerpente interfecto ita dictus. de quo Apollodorus. Apollo cum diuinandi artem à Pane didiciſſet, Delphos ſe contulit, vbi Themis reſponſa dabat, Python ſerpens vaticinandi locum cuſtodiens, Apollinẽ in Terræ hiatum unde oracula

prodibant

prodibant accedere prohibuit, hoc interfecto vaticinandi locum ille occupat; Incola.) qui ſolet in pectoribus vaticinantiū habitare; Quatit,) percutit & commouet Mentem.) animum ſacerdotū Phœbadum; Adytis,) in ſacrarijs & penetralibus templi ipſius Apollinis, vbi furor concipiebatur; Virgilius hoc lepidiſſimis carminibus de Sybilla loquens, deſcribit.

At phœbi nondum patiens immanis in antro.
Bacchatur vates, magnum ſi pectore poſſet.:
Excuſſiſſe Deum, tanto magis ille fatigat.
Os rabidum fera corda domans, fingitq. premendo.

Non æque liber) Bacchus, repete quatit mentem, qui enim Dionyſia celebrabant, quæ Orgia aliter & Trieterica vocantur à Poetis, videbantur etiam inſanire Thyrſos geſtantes, vnde Thyrſigeri dicti ſunt, & Bacchus dictus eſt ἀπὸ τοῦ βαχεῖν, quod eſt vlulare, poſtea addita eſt litera K vt Bacchantium vlulatus fieret expreſſior vt ſcribit Euſtathius. Ex rixis enim & contentionibus quæ quidem ex vino ſupra modum hauſto oriuntur, varia ſunt huic Deo cognomenta impoſita, quæ longum eſſet recenſere, dicebatur ἐριβρόμος, ἔρις enim rixam & litem ſignificat ſiue

ue valde fremens nam Eri apud Græcos auget & Ευυάλιος ideſt Martius, Thyrſus haſta fuit, cuius mucro hedera lambente obtegebatur: quod ſignificabat, Auctore Macrobio; vinculo quodam patientiæ obligandos impetus furoris. Non ſic Corybantes.) Iouis nutritores, Idæi Dactyli, qui dicti ſunt à Corybanto Iaſionis & Cybeles filio, vt meminit Diodorus: Sceptius, vt Strabo tradit, Corybantes, Curetas, Cabiros & Telchinas eoſdē putat; Pherecydes ex Apolline & Rhetia nouem Corybantes genitos prodidit, alij quoſdam dæmonas fuiſſe contenderunt. dicti ſunt (vt quidam putant) corybantes, quia ſaltantes capita iactabant, & a furijs agitabantur; de ijs loquitur etiam Plato in Euthydemo. Sic geminant) iterant. æra) ictus æris, dum ærea cymbala pulſant, & Cybelæ non ſine furore rem diuinam faciunt, vel ne Iouis pueri vagitus exaudiretur; ſcribit enim Hyginus, cùm Iupiter clam nutriretur, illius nutricem, cunas, vbi Iupiter infans cubabat, in arbore ſuſpendiſſe, vt neque cælo, neque terra, neque mari inueniretur, impuberesq; conuocaſſe, eisq; clypeola ænea & haſtas dediſſe, & iuſſiſſe eos circa arborem euntes crepare, qui curetes & corybantes dicuntur, vt ſcribit etiam Diomedes. Vt triſtes iræ.) ſupple quatiunt mentes. iræ dicuntur triſtes ab effectu, nam qui iraſcitur fronte caperata et contra-

ſta uidetur, & triſtitiam præ ſe fert. ira enim vt inquit Ariſtoteles eſt appetitus vindicationis cum dolore. fax animi vocatur à nonnullis, & eſt vt Phyſice loquar. accenſio ſanguinis circa cor, libet enim vti accenſione, rei exprimendæ cauſa contra latinitatem. Enſis Noricus.)gladius ex ære norico, quod dictum eſt a regione quam nonnulli noſtris temporibus Bauariam appellant, vbi ferrum duriſſimum effoditur. Ouidius, Durior & ferro quod noricus excoquit ignis. Nec deterret mare naufragum.) mare procelloſum, quod ſæpe ſuis fluctibus & ſcopulis frangit naues. Nec deterret Sæuus ignis.) incendium quod ſegetes, & interdum magnam in vrbe partem ædificiorum abſumit, hinc præfecti vigilum Romæ, qui noctu per vrbem vagabantur, ut Fenestella ſcribit, ne in aliquo vrbis angulo fieret incendiũ,Nec ipſe Iupiter Ruens.) cum impetu veniens.Tumultu tremendo.)vi fulminis timenda et formidanda à Mortalibus,hiſce verbis poeta oſtendit ſe iratum non potuiße animo ſuo modum adhibere, quare facere non potuit, quin ipſi puellæ obtrectaret. Tantam enim habet vim ira, vt nihil periculi formidetur, & cuncta quæ ſunt hominibus formidoloſa contemnantur; qui enim iraſcitur furit, ſoloque tempore differt ab inſano.

Fertur

Fertur Prometheus addere principi
Limo coactus particulam undiq;
Deſectam, & inſani leonis
Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro.
Iræ Thyeſten exitio graui
Strauere, et altis vrbibus vltimæ
Stetere cauſæ, cur perirent
Funditus; imprimeretq. muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.
Cópeſce mētē, me quoq; pectoris
Tentauit in dulci iuuenta
Feruor, et in celeres iambos
Miſit furentem. nunc ego mitibus
Mutare quæro triſtia; dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobriis, animumq; reddas.

Prometheus. Iapeti filius, qui, vt ſcribit Hyginus, hominem ex luto formauit, vt vulcanus mulieris effigiem, cui Minerua animā indidit, alijq; dij ſigillatim aliud contribuerunt, mulierem illam

Pandoram

Pandoram appellarunt, quam duxit in matrimonium Epimetheus Promethei frater: ficto homini ex luto, varios affectus ex varijs animantium naturis inſitos eſſe poetæ tradunt. licet enim vt ſerio loquamur & fabulam interpretemur, noſter animus ſine affectibus eße non poſſit, et eorũ unuſquiſque ſi temperatus fuerit potius laudari quam vituperari debeat, tamen ſi moderationis quæ baſis virtutis eſt, obliuiſcemur, affectuum intemperie à natura noſtra deſciſcemus, & in animantium rationis expertiũ numero iure optimo reponemur; Per Prometheum Phurnutus πρόνοιαν intelligit ideſt diuinam prouidentiam et hac in re congruit Poeta aliqua ex parte cum Moſe, qui verè tradit primum hominem ex limo à Deo rerum omnium parente formatum, eique animum ex ore ſuo, illum inflaſſe, Poeta fingit Prometheũ à Ioue coactum, finxiſſe formam hominis ex luto, eiq; uarias affectiones ex animantium naturis indidiſſe. vt irã ex Leone. fertur coactus.) a Ioue. addere homini principi,) ideſt primu n formato, vel qui primum locum habiturus eſſet inter animalia, vt ſacræ docent litteræ, nõ intelligo quid ſomnient recentiores. Particulam deſectam.) aliquid affectuũ particulatim abſciſſum, vndiq;) ex omni animaliũ natura; Appoſuiſſe.) addidiſſe) uim. animi impetũ. Leonis inſani.) furibundi. Stomacho noſtro) pectori et ani-

mo

mo noſtro. quid ſit ſtomachus alibi diximus. De Leone poſſem equidem multa dicere ex Ariſtotelē & Plinio. ſed illud tantum afferam, quod Aelianus Græce ſcripſit, ad rem enim de quā Poeta loquitur aliquantum uidetur pertinere, Leo iniurias ſibi illatas recordatur, donec vlciſci poſſit, fertur enim quidam Iuba Maurus, pater illius qui Romā obſes venit, iter per deſerta quædam loca habuiſſe, vt populos, qui deſciuerant, iterum ſibi ſubderet, quidam tum adoleſcens qui venatione plurimum delectabatur, Leonem forte viſum ſagitta percuſſit, vulnusq; tantum inflixit non interfecit, Leo accepto vulnere illico ſe ſubtraxit, Adoleſcens cum ceteris qui Iubæ comitabantur etiā abijt, vertente anno, Iuba, cum rem ex ſententia perfeciſſet, regrediens eum in locum redijt, vbi Leo fuerat vulneratus. Adoleſcens, quamuis cum magna eſſet hominum multitudine à Leone correptus eſt & dilaceratus, hic Leo neminem ex alijs inuaſit, præter illum adoleſcentem, à quo fuerat ſuperiore anno percuſſus. Iræ) quæ non ſunt ſine odio. Strauere.) in humum proiecere hoc eſt in maximas calamitates redegerunt. Graui exitio.) magna ruina. Thyeſtem.) Atrei fratrē cū quo inimicitias exercuit, fabulam ante tetigimus. Et ſtetere) fuerunt ita vio'entæ vt reſiſtere illis nemo potuerit, conſiderandum eſt quare ſtetere dixit. Cauſæ vltimæ.) ad vltimum exitiū redigentes. Altis vrbibus.) potentibus,

tentibus,et ædificiorũ magnitudine præſtãtibus. Et exercitus;) hoſtilis,q dictus eſt quod exercendo fiat melior,ut ſentit Varro.Inſolens) ferox et ſupbus.Imprimeret)aratrũ.s.quod ab Oſyride fuit inuẽtũ,ut canit Tibullus.Muris) illis locis ubi prius fuerant ædificia,multa.n loca ubi olim præclaræ urbes ſpectabãtur, a colonis nrã tempeſtate coluntur,ut ne ueſtigia qdem urbis appareant, nam ita ſunt funditus euerſa ædificia ab hoſtibus, ut ne rudera quidem ætate procedente ſint reliqua.quare uere dixit Ouidius de Troia loquens a græcis diruta, Iam ſeges eſt ubi Troia fuit.Compeſce mentẽ.) cõpone animũ.illa pars animi quæ apta eſt ab intelligendum mens appellatur,quam uolunt a metiendo eſſe dictam,tlla.n. cuncta metimur, uel ab eminendo,nã eſt altior animæ pars, qua conamur etiã diuina intelligere,et quæ in furioſis(ut ait Lactantius)extingitur,licet anima maneat,hinc amentes & dementes appellantur, ſed a poetis accipitur interdum pro uoluntate & pro ea quam vulgus intentionem appellat, Virgilius noſter in Aeneide Imprimis Regina quietũ accipit in Teucros animum mentemq; benignã, et in Geor. Mens omnibus una.Me quoq;) ut alios homines.Feruor pectoris) animi concitatio, et ira,cum enim iraſcimur accenditur ſanguis,ebullit & feruet circa cor itaq; facit, ut ratio non cognoſcatur,cuius quotieſcumq; obliuiſcimur,cur inter furioſos non numeremur nulla ratio eſt. poſuit pectus pro animo, nam

intra

vertere triſtia,) ea quæ triſtitiã ſignificant & indignationem. Mitibus.) ijs rebus quæ manſuetudinem facilitatem & beneuolentiam oſtendant. Dum.) dummodo; Fias amica. recantatis opprobrijs.) mutatis conuitijs in laudes. Tunc enim recantare dicimur, cum contraria canimus, vt Steſichorus qui cum Helenam vituperaſſet poſtea cœpit laudibus proſequi vnde recantaſſe dicitur, itaque oculorũ aciem recuperauit, vide Suidam. hæc vt ita dicam recantatio Græce dicitur Palinodia. Animumq; reddas.)& veterem voluntatem & amorem reſtituas.

Ad Tyndaridem, Ode XVII.

Velox amoenum ſæpe lucretilem
Mutat Lycæo Faunus; et igneam
Defendit æſtatem capellis
Vſque meis, pluuiosq; uentos.
Impune tutum per nemus arbutos
Quærunt latẽtes & thyma deuiæ
Olentis uxores mariti.
Nec uirides metuunt colubros.
Nec martiales ædilia lupos
Vtcunq; dulci Tyndari fiſtula.

Valles, et Vſticæ cubantis
Læuia perſonuere ſaxa.

Inuitat Tyndaridem ad Lucretilem montem in ſabinis, vbi poterit æſtatem ſine caloris tædio traducere, multasq; capere voluptates: & vt magis excitet puellam ad eundum, ait Faunum & Syluanum per quem nonnulli Pana intelligunt, ſæpe lycæum Arcadiæ montem relinquere, & montem illum frequentare, vbi ipſius poetæ Capellæ Fauni numine defenſæ tuto æſtiuo tempore paſcuntur; O Tyndari.) innuit puellam adeo formoſam eſſe, vt merito poſſit Helenæ nomine appellari, Helena enim Tyndaris dicebatur, quaſi Tyndari filia; fuit enim hic Ledæ maritus, ſed ut Poetæ fabulantur fuit Iouis filia. Faunus.) Deus Sylueſter de quo alibi ſumus locuti. velox) ſine mora interpoſita, cum tempus requirit, ad Lucretilem ire. Mutat:) commutat. Lucretilem.) in Sabinis montem amoenum, ſuauem, & ad relaxandum animum valde idoneum. Et defendit æſtatem igneã capellis usque meis, pluuiosq; ventos.) poteſt eſſe Hypallage, ideſt defendit ſemper capellas meas ab æſtate, & ab Hyeme: ab æſtate, nam cum calor nimius eſt ſæpe oues & capræ moriuntur, æſtũ enim perferre nõ poſſunt naturam habentes nimis imbecillam, vocauit æſtatem igneam propter ſolis ardores, quibus terra per uritur, & plerumq;

fontes

ſontes fluuijq; exiccantur: defendit ab Hieme, qua frequentes pluuiæ ſunt & niues & venti ſæpe ſpirant frigidiſſimi, vti enim calorem nimium pati capellæ non poſſunt, ita & frigus. vocauit ventos pluuios. nam uenti præſertim Auſtrales nubes condenſant ex quibus pluuiæ defluunt. ſiue interpretare defendit, ideſt arcet, vt alij etiam auctores locuti ſunt. Vxores mariti olentis.) periphraſis caprarum, quas conſcendunt hirci male olentes, idem Poeta alibi. cubat hircus inalis. & Catullus, valle ſub alarum trux habitare caper. De uiæ.) quæ dum paſcuntur per deuia & prærupta loca uagantur. Quærunt Impune.) ſine periculo & offenſione aliqua. Arbutos latentes.) quæ non videntur propter ſyluæ opacitatem. Arbutus arbor eſt fruticoſa, cuius fructus teſte Plinio anno matureſcit, pariterq; floret ſubnaſcens & prior coquitur. Iuba auctor eſt quinquagenum cubitorum in Arabia inueniri; Et thyma.) herbas notiſſimas, de quibus Plinius & Dioſcorides loquuntur, & quarum flores apes quæritant; Per nemus tutū) per ſyluam ſecuram, vbi Fauni præſentia nihil mali timetur, nemus dictum eſt a uerbo græco quod eſt paſcere, & ſecundum Pompeium ſyluam Amoenam ſignificat. Nec metuunt Colubros Virides,) viridem colorem præſeferentes; quare facilius decipi & morderi poſſunt oues, & capræ, illos ab herbis non diſcernentes; Ouidius tamen in

 meta-

metamorphoſi vocat illos niueos. Niueiſq; frequens Sinueſſa colubris, Plinius ait eſſe colubrum in aqua viuentem; verum eſt varias eſſe ſerpentum ſpecies, & coloribus differre. Nec ædilia,) caulæ, in quibus ædi verſantur. Metuunt Lupos martiales.) marti dicatos & rapaces. Virg. etiam Martium lupum appellauit, & Plautus in Truculento de ouibus patris diuenditis, fuit inquit, ædepol Mars meo iratus patri, nã oues illius haud longe abſunt a lupis: quidã ex veteribus huic deo canes quoque immolabant, propter eius animalis audaciã, alij aſinos propter clamores, quod Phurnutus ſcribit: quin etiam vultur auis huic dicabatur, quod cadauera ſectetur & belli ſit prænuntia, ſed vt reuertar ad lupum. Philoſtratus in primo de imaginibus vocat Apollinem luporum præſidem. Et Cleanthes Deum Lycium dictum eſſe notat, quod veluti pecora lupi rapiunt, ita ipſe quoque humorem radijs. Vtcumq;.) quomodocumq;, nam varij fieri cõcentus ſolent, quid ſomniant recentiores alij videant. Saxa læuia,) expolita, et non ſcabra, ita vt maiori cum voluptate ſpectentur. Vſticæ cubantis.) montis reſupini in Sabinis, exprimitur montis forma. Perſonuere Dulci fiſtula.) Panos ſcilicet. Inſtrumentum eſt muſicũ, ex ſeptem cicutis compactum vt docet Virgilius, quo paſtores vtuntur, hanc Fiſtulam ſi credimus Euſebio Cybele prima omnium inuenit. Hanc etiã

Theocritus

Theocritus ſuis carminibus depinxit docte et argu gute. Pomponius putat dictam eſſe a fundendo, nam fiſtula eſt etiam (vt ille ait) per quam aqua educitur fuſa. Medici antiquiſſimi tradũt fiſtulam *eſſe vlcus altum anguſtum & calloſum in corpore ſiue ex vulnere ſit, ſiue ex vitio intus orto, quod vt illi loquuntur ad ſuppurationem peruenerit.*

Dii me tuentur, Diis pietas mea
Et Muſa cordi eſt. Hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.

Dij me tuentur.) Deorum numina me tutum reddunt ab omni periculo, Poetæ enim in Deorum tutela ſunt, quod oſtendit illud quod fertur de Archilocho, cuius interfectores Apollo arguit Delphis. Sophoclem Liber Pater ſepeliri iuſſit obſidentibus moenia lacedæmonijs. Et legimus Simonidem e cænaculo a Caſtore *& Polluce euocatum, quod paulo poſt corruit; Plato libro de legibus, Diuinũ ait Poetarum genus eſt, Dijs agitur, et ſacros concinit hymnos; Pietas mea.) quæ græce Euſebia dicitur, & de qua loquitur Lactantius libro de religione. Et Muſa.) Poeſis. cordi eſt.) grata eſt. Hinc) ex hoc monte lucretili, vel ex Deorum in me benignitate; Copia.) rerum omnium vbertas, Lactantius libro tertio teſtatur, fortunam effingi*

cum copiæ cornu, vnde bonorum omnium genera effluebant, Palæphatus meminit de Amalthea cornu, quod abijt in prouerbium, meminit Suidas & Euſtathius Homeri interpres. ferunt Herculem Amalthea cornu quod pecunijs plenum erat, habuiſſe, ex quo quæcumque ipſe voluiſſet ſibi emebat, atq; inde fabula conficta eſt. Opulenta bonorum ruris) fructuum qui ſunt bonores ruris, & nota opulentam cum genitiuo vt apud Virg. Diues opum. Manabit.) effluet. Feſtus putat dici manare, cum humor ex integro ſed non ſolido nimis, per minimas partes erumpit. quod ex græco trahitur; quia illi non ſatis ſolidum manon dicunt, Manare etiam ſolem antiqui dicebant, cum ſolis orientis radij ſplendorem iacere cæpiſſent, Ad plenū.) vbertim & abunde, nota locutionem. Cornu benigno.) Vndanti & profluenti, quod ipſi Copiæ tribuitur a Poetis, vt alibi etiam oſtendit Hic noſter. Italiæ Pleno diffundit copia cornu.

Hic in reducta ualle, caniculæ
 Vitabis æſtus: & fide Teia
 Dices laborantes in uno
 Penelopen uitreamq; Circen.
Hic innocentis pocula Lesbii
 Duces ſub umbra: nec Semeleius

Cum

Cum Marte confundet Thyoneus
Prœlia; nec metues proteruum
Suſpecta Cyrum, ne male diſpari
Incontinentes iniiciat manus
Et ſcindat hærentem coronam
Crinibus, immeritamq; ueſtem.

Hic.) in lucretili,) in valle reducta.) in ſeceſſu. Vitabis æſtus.) nimios calores. Caniculæ.) dierum canicularium, quibus Canicula cæleſte ſignũ æſtus gignit intolerabiles. in hoc ſignum ut Hyginus prodit, Icari canicula conuerſa eſt, de hac multa etiam Arati interpres; Vario enim modo fabula narratur, nam alij dicunt hanc fuiſſe cuſtodem datam Europæ cum Dracone, demum a Ioue fuiſſe aſtris illatam, ſitum hoc ſignum eſt inter hyemalem tropicum & Arcticum ſubterraneum, qui Auſtralis vocatur; Plinius ſcribit Orygem feram ab Aegypto appellari, quam in exortu eius contra ſtare & cõtueri tradit; Idem Plinius ait Eteſias uentos anniuerſarios diebus canicularibus ſpirare naturæ quodam munere, ut aer nimio æſtu excoctus, aliqua ex parte refrigeretur, verba Plinij de his ventis mentionem facientis lib. 2. hæc ſunt, molliri eis creditur ſolis vapor geminatus ardore ſideris, De ortu caniculæ idem Plinius ita loquitur, ardẽtiſſimo autẽ æſtatis tẽpore exoritur caniculæ

ſidus, ſole primam partem leonis ingrediente; quã dies 15. ante Auguſti Kal. eſt. Et fide Teia.) Lyra, qua vſus eſt Anacreon Teius, a Patria quæ in Paphlagonia eſt ſic dictus, Poeta lyricus celeberrimus, Feſtus putat fidem genus eſſe Cithæ ræ et ſic appellari quod tãtum inter ſe cordæ eius, quantum inter homines fides, concordent. Dices.) cantabis. Penelopen Icarii & Peribææ filiã Vlyſ ſis vxorem, quæ nomen accepit ab auibus, quibus educata eſt. prius dicebatur Arnæa. Et Circen.) Solis & Perſidis filiam, quæ inſulam Aeæam ha bitauit, et ueneficijs clara vt canit Homerus, Vlyſ ſis ſocios mutauit in feras & ut Vlyſſi morem ge reret illos in priſtinam formam reſtituit, tandem ab eo compreſſa Thelegonum peperit a quo Tuſcu lum conditum eſt. Vitream.) ſplendidam, et pel lucidam vt vitrum, vel fragilem, vitrum enim fragile eſt, & Circe tamquam mulier voluptati dedita facile metaphoricos frangi, ideſt corrumpi poterat: Laborantes.) deſiderio flagrantes. In vno Vlyſſe.) Ambæ enim Vlyſſem ardenter amarunt; Hic duces.) hauries. Pocula. Lesbij.) plena vini a Lesbo inſula dicti. Innocentis.) quod facile concoqui poteſt, vt lagarium, de quo Stra bo meminit; Sub umbra.) ſub umbroſis, & opa cis arboribus, Tres eſſe umbrarum figuras docet Plinius: ſi par lumini ſit materia, quæ iactat um bram, Columnæ effigie iaci, nec habere finem; ſi vero

ſi vero maior materia, quam lumen, Turbinis recti; vt ſit imum eius anguſtiſſimum, & ſimili modo infinita longitudo, ſi minor materia, quã lux, metæ exiſtere effigiem in cacuminis finem deſinentem. Nec Thyoneus.) Bacchus a Thyone Semeles matre dictus, ut ſentit Acron. Semeleius.) Semeles filius. Confundet.) Commiſcebit; Prælia Cum Marte,) Quaſi dicat, ibi quiete et tranquille otiaberis, et ibi nullæ fient nimio vini hauſtu pugnæ, quales factæ ſunt a Centauris in Pirithoi & Hippodamiæ nuptijs. Suſpecta.) Suſpicionem afferens te alios adamare. Cyrum.) Iuuenem. Proteruũ.) Iracundum & ferocem. Ne iniiciat Manus.) ne ille Cyrus extendat manus violenter verberandi ſtudio. Incontinentes.) intemperatas, & hoc ad animum refertur, qui neſcit ſibi temperare ab immoderatis affectibus. De incontinentia & intemperantia Ariſtoteles in Ethicis. Male diſpari.) tibi multum inæquali uiribus. imbecilla eſt enim ſuapte natura mulier, quod oſtẽdit Penelope apud Ouid. Tres ſumus imbelles numero, ſine uiribus Vxor, Laerteſq; ſenex Thelemachuſq; puer. Et ſcindat.) dilaceret. Coronam hærentem crinibus.) comas prementem, coronarum uſus frequens erat apud antiquos, vt alibi diximus, præſertim in coouiuijs; Immeritamq. ueſtem.) quam dilacerare turpe eſt, cũ nihil mali cõmittat tãquã res inanimata, et ſic notat inſaniam amantiũ, qui cum

cum ſuſpicantur ſe ab Amica decipi plerumq; vt ſuo furori temere mederi poſſint, Amicæ ueſtẽ aut quippiam aliud diſcindunt.

Ad Varum. Ode XVIII.

Nullam Vare ſacra vite prius ſeueris
arborem
Circa mite ſolũ Tyburis, et mœnia
Catili.
Siccis omnia nam dura Deus propo-
ſuit, neq;
Mordaces aliter diffugiunt ſollicitu-
dines
Quis poſt uina grauem militiam,
aut pauperiem increpet?
Quis nõ te potius Bacche Pater,
teq; decens Venus?

Multis in locis Horatius oſtendit ſe vini amatorem fuiſſe, vt in hac Ode, qua Varum Quintilium hortatur ad vineta ſerenda, putat enim nullam vitibus arborem eſſe præferendam, ex quibus liquor ille naſcitur ſuauiſſimus, animo et corpori per vtilis, ſi temperate potetur, hic enim facit vt Curæ, quæ apud nos excubant, in fugam vertantur, & ſi

& ſi opus ſit bellum gerere, nullo timore concutiamur, & ſi egeſtate laboremus, fortiter noſtrarum facultatum tenuitatem perferamus, monet tamen mediocritatẽ eſſe ſeruandam, ex vinolentia enim multa mala oriũtur, ſumitq; exemplum a Centauris, qui cum plus meri hauſiſſent quam ratio poſtulabat, furore correpti volebant Hippodamiam Pirithoo ſurripere, quare orto diſſidio multi ex centauris & Lapithis Theſſaliæ populis ceciderunt. O Vare, nullam arborem.) ex qua fructus decerpi poſſint. Seueris.) plantaueris. Prius vite.) antequam vitem ſeueris. Vide Athenæum libro decimo qui de hac re meminit vbi de Alcæo loquitur. Veteres multum operæ ponebant in arboribus ſerendis, nec ſolum priuati homines, verum etiam Reges qui poterant ſuo arbitratu viuere, hortorum cultura maxime delectabantur, vt Cyrus de quo Xenophon apud Græcos & Cicero noſter in libro De ſenectute: & Quintus Curtius cum Plinio meminit de hortis penſilibus, quos alij Cyro, alij Semirami tribuunt. fuit etiam hortorum ſtudioſus Alcinous de quo multa apud Homerum leguntur, Diocletianus teſte Aurelio Victore, ſæpe ſub arbuſculis ſua manu ſatis quieuit. Vitis teſte Varrone dicta eſt quod inuitetur ad vuas pariendas, Lampridius mentionem facit de vite Centurionis, qua milites plectebantur; Apud Seruium leges fabulam De Lycurgo Thraciæ Rege, qui cũ

eſſet

eſſet vini oſor & vitem amputare vellet, ſibi cru ra amputauit, hinc nonnullæ vitium frondes rubeſcunt propter ſanguinem Lycurgi effuſum vt Poetæ fabulantur. Apud Ouidium in faſtis inuenies Ampelum puerum a Satyro adamatum in vitem conuerſum; Circa mite ſolum.) *Circa terras fertiles & cultu dignas, quæ ſunt prope Tibur, in quibus nihil asperi naſcitur, ſolum terra eſt vt ſentit Feſtus qui Ennium citat; Tarquinio dedit imperiū ſimul & ſolum Regni, & alibi, ſed ſola terrarum poſtquam permenſa parumper; omne tamen quod aliquid ſuſtinet ſolum dicitur, ut aquarum ſuperficies. Tibur oppidum celeberrimum in monte ſitum quod a Romanis olim animi cauſa frequentatū eſt, præſertim ab Imperatore Adriano, qui magnificas ædes ibi extruxit, quarum noſtris etiam temporibus veſtigia ſpectantur, conditum eſt auctore Plinio multo ante vrbem Romam, a Tiburto Amphiarai filio, qui apud Thebas vna ætate obijt ante Iliacum bellum: Statius noſter quantum laudet Villam Vopiſci Tiburtinam, nemo eſt mediocriter eruditus qui neſciat.* Moenia.) *ædificia,* Catili.) *Catilus enim &* Corax *Argiui fuerunt Tiburti fratres, a quo Tibur, conditum eſt, & poſuit Catilum pro Tiburto. nam frater fere alter. moenia muniendæ Vrbis gratia facta ſunt, vide Feſtū, interdum pro ædificijs quæ intra vrbem ſunt poni ſolent & ſine dubio deducuntur a verbo munio.*

quod

quod de Menio quidam non imperitus litteris conſignauit, obliterandum videtur, nam a Menio qui ſine diphthongo ſcribitur non moenia, ſed meniana deduces, de quibus meminit Suetonius in Caligula & quæ Labeo Iuriſconſultus non meniana ſed menia vocat, & ſine diphthongo. De columna Menia ad quam ſerui & fures puniri ſolebant loquitur Cic. et Pædianus. Nam Deus.) qui cunctis rebus præſidet et qui vbiq; eſt; Iouis enim ſunt omnia plena, vt ait ille. Propoſuit.) obtulit. Omnia dura.) difficilia; durum eſt contrariũ molli, de hoc meminit Ariſt. lib. de ſenſu & ſenſili, Durus pro laborioſo Virg. Et Duri miles Vlyſſi, Durum pro difficili & moleſto vt hoc in loco. Siccis.) abſtemijs, aquæ potoribus, aquæ enim potu atra bilis augetur, quæ ſi nimia fuerit angorem & moleſtiam animo affert, & reddit homines in agendo pigriores, & timidiores, illud dicitur ſiccum, quod eſt madido contrarium, Ebrius vino madidus appellatur, & madulſa vocatur a Plauto, quare ſiccus pro abſtemio non inconcinne fertur ab Horatio, a quo ſiccus interdum ponitur pro paupere vt in illo, accedes ſiccus ad vnctum Neque aliter.) quã .s. frequenti viui vſu. Sollicitudines.) curæ mordaces, quæ animũ mordẽt urũ & pungunt, hæc enim tria verba proprie poſſunt vſurpari cum de Anxietate, qua torquetur animus, loquimur, dicimus enim curas quaſi cor virentes,

rentes, quas Catullus ſpinoſas appellauit. Spinoſas Erycina ſerens in pectore curas; Horatius mordaces nominat, ſumpta metaphora a Canibus. Quis crepat?) Increpat & queritur quaſi dicat nemo, Actiue hoc in loco verbum crepat accipitur, alibi, vt apud Martialem, eſt verbũ neutrum. At circum pulpita noſtra & ſteriles cathedras baſia ſola crepant. Crepant proprie Lauri frondes cum in ignem coniiciuntur, quod bonum eſt omen, ſi habenda eſt fides vanæ antiquorum perſuaſioni. alij legunt increpet, quod non diſplicet. Poſt vina.) poſt multos vini hauſtus. Militiam grauẽ) labores militiæ graues: milites enim multa noctes atque dies perferre coguntur, & eo redigi nonnumquam ſolent vt moriendum ſit, aut fortiter pugnandum, duobus enim temporibus dicebat Scipio Teſte Valerio, manus eſſe conferendas, aut eum rei benegerendæ offertur occaſio, aut cum neceſſe eſt, velimus nolimus, prælium committere, plerumq; etiam opus eſt famem ſitimq; pati, de fame Saguntina loquitur Liuius, de Peruſina Suetonius, ſæpe etiam eſt opus ſub Dio perno ctare, Vim frigoris & nimios æſtus tolerare. Quid alia memorem, quæ longum eſſet numerare: vinum tamen facit, vt hæc omnia contemnantur a militibus, nam calefacit ſanguinem, auget ſpiritus & robur affert corpori, vt nihil, quod alijs moleſtum eſt, graue videatur, quid alij ſentiant

tiant videant alij. Aut pauperiem.) quæ multos a a curſu reuocat, & rem inchoatam laudabiliter cogit imperfectam relinquere, Quot enim ingenio pollentes ad bonarum artium ſtudia mentes appellunt, & cum rebus careant neceßarijs facere progreſsus non poſſunt, & inuito animo ſiſtere curſum coguntur? qui facile ad metam peruenire potuißent, ſi facultates non defuiſſent. Itaque merito veteres dixerunt, Diuitias inſtrumenta et ornamenta eſſe virtutis. Non inficior tamen paupertatem fuiſſe illam, quæ cauſa fuit, vt tot artiũ genera inuenirentur, quod oſtendit Ouid. Ingeniũ mala ſæpe mouent. Et Maro. *Duris vrgens in rebus egeſtas, et græca ſententia notißima eſt, Paupertas ſapientiam ſortita eſt, videmus etiam ex diuitijs multa malorũ genera oriri, quæ ſi uelim recenſere a re ipſa digredi neceße haberẽ, ſed ſatis erit illud Horatianũ. ſtultitiã patiuntur opes. Et Ariſtoteles in ſecundo Rhetoricorum ad Theodectem docet diuites eſſe ſuperbos & aliorum contemptores, vt alia omittam; ſed reuera diuitiæ, ſi ijs bene vtamur, nulla dignæ ſunt vituperatione, nã potius proſunt quam obſunt, Nos enim & amicos red dunt a periculis & iniurijs tutos, faciunt etiã vt ſiquid cum laude ſumus aggreſſi, maiore cũ gloria exequamur; non ita tamen ſunt appetendæ, vt illarum cauſa virtutem & bonas artes contemnamus, ſed vt ad hæc omnia perficienda ſint tamquã*

mediæ,

prodeſſe, quam obeſſe; ſi vero immoderatus, corpus & animum eneruabit, nihilq; a morbo illum comiti ali differre auctore Gellio Dixit Hippocrates. Poeta coniunxit Bacchum cum Venere, nam vinum concubitus appetentiam gignit, quare nõnulli volentes huic effrænatæ cupiditati frænũ iniÿcere, & pudice viuere, vino abſtinent et aquæ frigidæ uſu ſitim reſtingunt, Ego etiam qui per multos annos laboraui ex Hepate coactus ſum mihi vino interdicere & aquam potare, quæ adeo nunc mihi frequenti uſu grata eſt, vt vini potum pati non poſſim, perinde quaſi Clitoriÿ fontis aquã guſtaſſem, cuius natura talis eſt, vt qui illã potauerit, vinum fugiat, quod docet Ouidius.

Clitorio, quicumq; ſitim de fonte leuauit.
Vina fugit, gaudetq; meris abſtemius vndis.

At ne qs modici trãſiliat munera li-
Centaurea monet cũ La (beri.
pithis rixa ſuper mero
Debellata; monet Sithoniis non
leuis Euius.
Cum fas atq; nefas exiguo fine libi-
dinum
Diſcernunt auidi. non ego te can

dide Baſſareu.
Inuitum quatiam; nec variis obſita frondibus
Sub diuum rapiam; Sæua tene cum Berecynthio
Cornu Tympana, quæ ſubſequitur cæcus amor ſui.
Attollens vacuum plus nimio gloria verticem
Arcaniq; fides prodiga perlucidior vitro.

At nequis tranſiliat.) nequis tranſcendat. Munera liberi.) dona Bacchi quæ vina ſunt, ideſt nequis intemperanter ſe gerat in mero potando, & hac potus dulcedine captus ebrius fiat. Rixa centaurea.) Pugna centaurorum cum lapithis Theſſaliæ populis, Debellata) pugnata locutio eſt antiqua. ſuper mero) ſuper conuiuio, in quo ſe mero extra modum imbuerunt. Monet.) poteſt nobis eſſe documento & exemplo, feliciter enim ſapit qui alieno periculo ſapit (vt ait Plautus) fabulam leges apud Palæphatum Hyginum & Ouidium, quemadmodum Centauri cum lapithis pugnarunt in nu

piis Pirithoi & Hippodames, cuius pugnæ cauſa nata eſt ex vino, quo ſe plus nimio ingurgitarunt. Cētauri dicti ſunt ex humana et equina forma conſtare, nam primi omnium equos conſcenderunt, de pugna Centaurorum & lapitharum meminit Pauſanias in Atticis, vbi dicit in Theſei templo hanc pugnam pictam videri, & Centaurum a Theſeo per emptum conſpici, reliquos æquo marte pugnare, meminit etiam Ouidius libero metamorphos. Centauri filij Ixionis & nubis dicuntur ab Hygino vnde nubigenæ vocantur a Poetis, ſed notanda eſt illa locutio ſuper mero ideſt pro mero, quo pleni, furore capti ſunt & more ferarum ſe habuerunt aduerſus lapithas, vel ſuper mero ideſt in conuiuio ut per ſuper, in intelligamus, & per merum totum conuiuium, & hæc expoſitio mihi probatur. Merum *proprie vinum eſt non dilutū quod ebrietatem gignit, debemus enim vino quod aquis miſtum eſt potius quam mero delectari, nō enim ſine ratione fingit Homerus in Hymnis, Bacchum Nymphis nutriendum a Ioue datū eſſe, quid enim hoc aliud ſignificat quam vinum eſſe aqua temperandum, ſiquidem notū eſt, dictas eſſe Nymphas quaſi lymphas, De hac re legitur Epigramma lepidiſſimum in libro Epigrammaton. Plinius inquit Staphilum Sileni filium primum omnium aqua vinum commiſcuiſſe.* Monet *Euius.) Bacchus ipſe qui dictus eſt Euius, quaſi bonus filius,*

quo nomine illum Iupiter appellauit, cum fortiter aduerſus Titanas dimicantem vidiſſet, in Leonē (vt aiunt) conuerſum. Non leuis.) grauis, liptote figura eſt. Sithonijs.) Thracibus, eo nomine appellata eſt olim pars Thraciæ, Virg. Sithoniasque niues hiemis ſubeamus aquoſæ, Apud Plinium de Thracia loquentem hæc verba leguntur: Circa Ponti litora Moriſeni Sithonijq; Orhpei Vatis Genitores. Thraces vino dedidi & furioſi bella frequenter gerunt, hinc a Poetis dicuntur Martem colere, vt canit etiam Virg. de Marte loquens Geticis qui præſidet aruis. belli gerendi cauſa tribui poteſt Thracum vinolentiæ, alij ad locorū ſitum referunt, nam plernmq; hominum ingenia locorum ſitui reſpondent, aſpera Regio eſt Thracia, aſperi quoque & immites ſunt hominum animi. Proclus refert ad Genium, qui regioni præeſt, de qua re loquitur abunde Marſilius ficinus in Argumento in Atlanticum Platonis. Auidi.) cupidi ipſi Thraces libidinum, laſciuiæ, & non legitimi cōcubitus. Diſcernunt.) diuidunt. Fas atq; nefas.) iuſtum & iniuſtum, pium & impium, Exiguo fine.) paruo termino et parua differentia, cōmiſcent enim fas & nefas, quæ valde cōtraria ſunt, vt longo debeāt diſtare interuallo, et diuerſos habere fines; libido eſt quilibet appetitus inordinatus & rationi contrarius, Terentius. Ingenium hominum procliue ad libidinem; interdum

vſurpatur pro ipſa laſciuia, & veneris cupidine. reuertor ad illud diſcernũt fas atque nefas exiguo fine, quæ coniunctio et finium propinquitas poteſt eſſe rebus contrarijs? nullo modo copulari poteſt pudicitia cum libidine, auaritia cũ liberalitate, manſuetudo cum ſuperbia, nam harum rerum maxime diuerſi ſunt fines; Thraces tamẽ & horum ſimiles omnia confundunt, & qui ſint vitiorum et uirtutum fines neſciunt, viuunt enim ſine ratione & quo animi impetus agit imprudentes deferuntur. Candide Baſſareu.) O Bacche pulcher, Baſſareus Bacchi nomẽ eſt a veſte deductum, vt inquit Acron, quæ Baſſaris dicta eſt a loco lydiæ ubi fiebat, & quæ talaris erat; ab hac nominantur Bacchæ Baſſarides, Pollux & Heſychius Baſſaram ueſtẽ eſſe affirmant, Phurnutus hoc nomẽ deducit a græco verbo quod clamare ſignificat& Bacchus dictus eſt candidus, nam puer fingitur, & puerilis ætas candida eſſe ſolet, ſeu, quia, vt alibi diximus, ſol eſt Bacchus, & proprio cognomine candidus appellatur. Non ego quatiam.) non mouebo, Te inuitum.) nolentem, quaſi dicat non bibam plusquam par eſt. ſeu refertur hoc ad ſimulachrum (vt ſentit Acron) quod a Bacchi ſacerdotibus Orgia celebrantibus cõmouebatur; qua interpretatione, nihil aliud ſignificatur, quam non eſſe ſacrificium illi nolenti faciendum, ideſt nõ eſſe bibendum frequenter intemperate vt vinoſi faciunt

ciunt, certis enim temporibus Trieterica celebrari debent; quare ſi quotidie illa fierent, Baccho diſplicerent, omnia hæc myſtice ait Poeta, ut doceat Temperantiam in potando eſſe ſeruandam: Nec ego rapiam,) violenter feram. ſub Diuum.) in apertum. Obſita varijs frondibus) Thyrſos pampinis obtectos quibus bacchantes vtebantur: appellauit frondes varias, quibus illæ haſtæ obducebantur, nam pampini bicolores inueniuntur virides & rubicundi: hoc etiam non ſine allegoria eſt interpretandum, quaſi dicat non ita ero vino deditus, vt ebrius factus arcana omnia proferam, & quæ occulta ſunt temere per uulgem, vinolenti nihil poſſunt occultare, hac illac perfluunt rimarum pleni, vt verum ſit quod a Virgilio in Iuuenilibus dictum eſt. Arcanum detegit ebrietas, & græcũ prouerbium aſſerit. in vino veritas. Tene Tympana Sæua.) abſtine, retine Tympana, quæ a Bacchis ſæuitiam præ ſe ferentibus non ſine furore pulſantur. cũ cornu Berecynthio.) Phrygio. quod ſtrepebat etiã in ſacris deæ berecynthiæ, ideſt noli mihi furorem inicere, vt more bacchantium fanaticorũ uager Tympanum percutiens et cornu inflans. In ſacris Bacchi Tympanorum & cornuum erat vſus, vt in ſacris Cybeles, teſte Diodoro, magnæ Deorum Matris, quæ colebatur in Phrygia & Berecynthia dicebatur, a Monte, vnde Cornu Berecynthium, & Berecynthius Attis,

apud

apud Perſium. Quæ.) ſcilicet Tympana. ſubſequitur cæcus amor ſui.) ſubſequitur amor qui vulgo proprius appellatur, & qui cæcos reddit homines & rationis ignaros, qui enim ſibi plus tribuit, quam ratio poſtulet, veritatem non cognoſcit, & iuſto ſe modulo numquam metitur, ſapiens enim ſeipſum nouit, hoc vitio maxime laborant vini amatores, nã cornua ſumunt, quæ Baccho a Poetis tribuuntur, propter arrogantiam eorum qui ſæpe vino calent, hic amor, quo ſe ipſos homines interdum proſequuntur extra modũ, vocatur a Græcis Philautia, et naſcitur ſine riuali, ut Cic. inquit. Gloria.) animi exultatio, ſic meo quidem iudicio debet exponi hoc in loco, non excellens fama cum laude, vt vera eſt gloriæ definitio ex Cicerone. Tollens.) efferens. Plus nimio.) plusquã nimiũ eſt, quod magnam ſignificat intemperantiã. Verticem vacuum.) caput inane & expers rationis, illum enim quem fatuum et dementem iudicamus vulgo caput ſine cerebro appellamus, ideſt ſine mente. Vertex eſt pars capitis ſuperior, ſed pro toto capite vſurpatur. Arcaniq; fides prodiga.) fides fluxa, quæ arcanum profundit, & cum omnibus communicat. Perlucidior vitro.) magis lucida & magis perſpicua quam vitrum, hi enim qui neſciunt arcana continere vidẽtur ita eſſe aperti, vt eorum fere inteſtina pateant, & tamquam vitrum pellucidi dicuntur.

rum illecebris delectari ut cogatur ineptire, tamẽ cũ Glycerem inſigni forma præditam aſpexiſſet, nõ potuit nõ adamare, & propoſiti immemor ad ſolitos rediјt furores cæpitq; iterũ amatoria ſcribere, cum grauia tamẽ cõponere conſtituiſſet; Itaq; ut Venerem Deam Cõciliet, hortatur ſeruos, ut afferant ſacrificio neceſſaria. Mater ſæua cupidinum.) Venus geminorum mater Amorũ ut alibi diximus ab Ouidio uocatur, ſæua fertur uel qa magna Dea Venus eſt, quæ ad omnia uenit, ſæua enim Teſte Seruio pro magna accipitur, ut ſæua Iuno, uel quia crudelis dici poteſt, nam quot mortales a Venere excruciãtur, & (ut Plauti more loquar) nullam animi mentem habere coguntur! ut omittam damna, iniurias, & cædes quæ omnia ex venere naſcũtur; illud uero miſſum nõ faciam, quod a Platone in ſympoſio ſcriptum eſt, Cupidinem Pori & Peniæ filium a Diotima uocari, quod Platonis commentum a Plotino Philoſopho doctiſſimo in lib. de Amore ſcite & ingenioſe declaratur, Porus eſt affluentia Penia eſt Egeſtas apud Platonẽ. Quid Cic. de Venere & Cupidine ſcripſerit, libro de Deorũ natura tibi integrũ eſt uidere. Thebanæq; ſe meles puer.) Bacchus q Iouis et ſemeles filius dicitur, ſemele Thebana uocatur, nam Auctore Hygino fuit Cadmi Thebarum conditoris & Hermiones filia. Oſtẽdit poeta vini uſu libidinẽ ſibi fuiſſe rurſus excitatã vino enim ſanguis incaleſcit, & ſi hauriatur immoderate

derate, cogit homines deſipere, vt vita ſine gubernaculo traducatur, quod prouerbiũ illud ſignificat vinũ clauũ nõ habere Ebrietas .n. nõ ſinit vti cõſilio et moderatione. Hinc Perſæ teſte Xenophonte cauebant in cõuiuijs ne ſupra modũ biberent. Et laſciua licẽtia) uiuẽdi libertas, quæ reddit homines laſciuos & libidinoſos. Omnes enim Teſte Terẽtio deteriores ſumus licẽtia, quamobrem qui nulli ſubiectus licẽter poteſt uiuere, et probe atq; officioſe uiuit, laudibus plane diuinis mihi uidetur afficiẽdus, Iuuenes licẽtiæ quæ laſciuiam parit, amatores, mulieroſi ſunt, & a uoluptatibus tamquam a blãdulis Dominis huc & illuc impellũtur. Poeta noſter fractis uerecũdiæ poſtibus ingenue fatetur ſe molliter et laſciue uiuere. Iubet me, Meſo Zeugma nam hoc verbum iubet refertur ad Matrem cupidinum, ad Bacchũ, & ad laſciuam licentiam. Reddere animum) reſtituere mentem quam alio exacta iuuentute applicueram. Finitis amoribus.) puellarũ deſiderijs, quibus iam finẽ impoſuerã, naturæ enim inſtinctu refrigeſcẽte ſanguine homines a Cupidine deficiunt. ut ſapienter Sophocles reſponderit, nam cum ex eo quidã ut ait Cicero, iam confecta Aetate quæreret, uteretur ne rebus uenereis, Dij meliora inquit, libenter uero iſtinc tamquam a Domino agreſti ac furioſo profugi. Cogitatio tamen facit ut quamuis neque nimis caleat, neque exuperet ſanguis, concubitus appetatur, vt docet Ariſtoteles.

Hinc ſenex ſi forte puellæ amore teneatur, frequenti cogitatione illam appetit, licet natura ſicca & frigida ſit, itaque uel intelligimus Poetam aut Caloris defectione propter ætatē deſiuiſſe puellas adamare, aut conſilio & prudētia, deinde immemorē inſtituti ad uomitū rediiſſe, cauſis, quæ prædictæ ſunt. Nitor ſplendēs) pulchritudo. Glyceræ) puellæ, cui nomē a dulci amore impoſitū uidetur. Purius Marmore *pario.) a Paro una cycladū dicto quod ut alibi diximus cādidiſſimum eſt; Vrit me.) cuius ætas iam declinat, & frigeſcit ſanguis, quare oſtendit Poeta Glycerā tali ſpecie fuiſſe ornatā, ut illi etiā ad amorē allicerētur, qui amoribus ſaltem dixerāt, oſtenditq; pulchritudinem eius fuiſſe nullis oblitam fucis, ſed puram & cādidam, magis quā parium marmor eſt; Vrit grata proteruitas) mos eſt puellarum quæ omnes in eodē ludo doctæ ſunt ad malitiam, ut ait Terentius, ut magis amatores inflamment, ſe nonnumquam ſuperbas præbere & iracundas, etenim ut canit ille Faſtus ineſt pulchris ſequiturque ſuperbia formam. Proteruitas.) Superbia & petulantia, ut Terentius. Quam tua me pene perdidit proteruitas. Grata.) Iucunda. Vrit me.) cogit me magis amare, nam, notum eſt illud. Nitimur in uetitum ſemper cupimusq; negatum, itaq; hæc eſt ars puellarum ut ſe nonnumquam ſubducant, & ſe animo eſſe ab alienato ſimulent, mox repente ad illecebras redeant,*

ant, hanc rem Martialis Poeta lepidiſſimus iucun diſſimo tetraſticho expreſſit. Qualem Flacce uelim quæris nolim ue puellam, Nolo nimis facilem difficilemq; nimis. Illud quod medium eſt atque inter utrumque probatur, Nec uolo quod cruciat nec uolo quod ſatiat, Et uultus nimium lubricus aſpici.) quo pacto alij interpretes hunc uerſum exponant licet unicuiq; uidere, proinde ad me pertinet meam ſolum explicare ſententiam, nam ſi more hominum noſtri temporis quoties ab alijs diſſentio alios vellicarē, inter eos merito eſſem recenſendus, qui maledicendo ſperant ſe nomen conſecuturos, Itaque ſatis mihi eſſe arbitror, hac in exponēdo vti libertate, vt quod ipſe ſentio tantū memoriæ prodam, nō enim tantum mihi ſcribendi tempus ſuper eſt, vt aliorum opiniones refellam, hūc laborē alijs pure et ſincere iudicantibus relinquā. ſed his omiſſis veniamus ad carminis interpretationem: Vrit me grata proteruitas & vultus nimium lubricus aſpici,) puto eſſe Antitheton, per quod uere illud quod Martialis deſiderat probatur ſic igitur declaremus. Vrit me proteruitas & Vrit me vultus ſcilicet Glyceræ. nimium lubricus aſpici, ideſt facilem ſe præbens ſuiq; ſpectandi copiā faciens, Quaſi dicat, incendit me puella, tam cū ſe indignans ſubtrahit, & proterua eſt, quā cum ſe facilem oſtendit & libenti animo ſe ſpectari ſinit. Lubrica ſunt ea quæ facile labūtur et effluunt,

vt

vt lubricus Anguis. apud Virg. qui facile labitur, ſic lubricus vultus aſpici, ideſt qui facile labi poteſt in conſpectum hominũ. quicquid Acron, Porphyrion. & ceteri intelligunt mihi nõ eſt ignotum. Venus tota.) locutio eſt Poetica, per venerem totam intelligimus tanto Poetam amore flagrare, quanto quilibet homo ardere poteſt, poetice ita exponimus, Venus tota.) integra cum poteſtate & vi. Ruens.) violenter veniens. Deſeruit Cyprum.) diſceſſit a Cypro vbi colitur, de qua inſula alibi diximus. Nec patitur dicere Scythas.) canere bellum Scythicum. Scythiam duplicem ponit Ptolemæus, intra & extra montem Imaum: Stephanus appellat, gentem Thraciam, dicitq; prius Scythas vocatos eſſe nomæos & nomẽ accepiſſe a Scytho Herculis filio. Parthũ animoſum equis verſis.) canere bellum quod geſtum eſt aduerſus parthos animoſos, & audacter pugnãtes. Equis uerſis.) Scilicet in partem poſteriorem, nam ut ſcribit Iuſtinus ita Parthi pugnabant, vt facie eorum in hoſtes conuerſa, & equis fugientibus tela torquerẽt, ſenſus eſt. Cupidinis vinculis irretitus non poſſum ſcribere, quemadmodum Parthi & Scythæ populo Romano ceſſerint, quod a Suetonio viro grauiſſimo ita memoriæ proditũ eſt in Auguſti vita. Indos etiam ac Scythas auditu modo cognitos pellexit ad amicitiam ſuam Populiq; Romani vltro per legatos petendam. Parthi

quoq;

Cæcubũ & prælo domitã caleno
Tu bibes uuã, mea nec Falernæ
Temperant uites, neq; Formiani
Pocula colles.

Inuitat Mæcenatem ad conuiuium, in quo uinum potabit non ſatis pretioſum, ſed a ſabinis in vrbem uectum, apud quos uina fiunt quæ uili uenduntur, domi ſuæ Mæcenas bibet cæcubum & calenum uina celeberrima, itaq; oſtendit Poeta ſe non multam ponere operam in uino perquirendo, cuius ſapor allicit vinoſos ad nimio plus bibendũ, oſtenditq; ſe multum confidere facilitati, & manſuetudini Mæcenatis; Potabis uile ſabinum.) uinum ſcilicet, quod apud ſabinos latio finitimos fieri ſolet. Vile.) vt nomentanum a Nomento ſabinorum oppido dictum. Modicis cantharis.) vaſis potorijs non magnis vt ea ſunt quibus ebrij delectantur. Cantharus datur Baccho, Scyphus Herculi, vt ſcribit Plinius, C. Marius poſt Cimbricam victoriam, cantharo liberi patris potaſſe fertur, cantharos etiam græce latine Scarabeus dicitur. Conditum.) repoſitum. Græca teſta) in græco dolio, Samia enim vaſa magnifieri ſolebant, ſeu vaſe alio, vbi græcum vinũ aut chiũ aut Naxiũ fuerat conſeruatũ. Leui.) Obleui & obturaui, oblinebantur enim vaſa in quibus vina conſeruari

ſole-

ſolebant, & impreſſa nota ſignabantur; deinde cũ opus erat. relini & aperiri ſolebant. Cũ eſt tibi datus plauſus.) Cũ in tuã laudẽ plaudere populus uiſus eſt; In Theatro.) Cũ ludi facti ſunt, uel cũ dramata tua ſunt acta, exercuit enim in carminibus ingenium ſuum Mæcenas & Tragædiam compoſuit Prometheum. uel cum aliorum Carmina cantata ſunt quæ tuas continent Laudes. Vt ripæ paterni fluminis) ripæ Tybridis qui nõnumquã Tuſcus appellatur fluuius, & conſtat Mæcenatem Tuſcum etiam fuiſſe. Redderent.) *referrent uoce reſultante: laudes tibi,) laudes tuas; Et imago iocoſa.) Echo quæ uocis imago eſt, nam uocem imitatur. Iocoſa.) auditur enim tãquã mima;* Montis *uaticani.) hic mons habet cõualles proximas, ubi uox reſonat & Echo fit, de hac fuſius alibi diximus, & Plinius ait in porticu Olympiæ quã Oppidani Heptaphonon uocant ſepties eandem uocem reddi, hanc Martialis etiã imaginem uocat; Auia reſponſant ſyluæ, & uaga certat imago: Vaticanus ſæpe, nomen eſt adiectiuũ,* Martialis: *In uaticanis condita muſta cadis. Iuuenalis. Et uaticano fragiles de monte patellas, Suetonius uſurpauit tãquam nomen ſubſtantiuum in* Vita *Claudij. Circenſes frequenter etiam in Vaticano commiſit. Feſtus putat dictum eſſe Vaticanum, quod eo potitus ſit Populus* Romanus, *Vatum reſponſo, expulſis Etruſcis, Varro in libris rerum diuinarum aliam eſſe*

eſſe tradit huius nominis rationem, nam ſicut Aius Deus eſt appellatus, araq; ei ſtatuta fuit quæ eſt in infima noua via, quod eo in loco diuinitus vox edita erat, ita Vaticanus Deus nominatus, penes quem eſſent vocis humanæ initia, quoniam pueri ſimulatq; orti ſunt, eam primam vocem edūt, quæ prima in Vaticano ſyllaba eſt. Auguſtinus hunc Deum non Vaticanum ſed vagitanum vocat, quod puerorum vagitibus præſit. Tu bibes cæcubum.) Scilicet domi tuæ, vinum a cæcubis agris dictū, de quibus meminit Plinius. Et bibes vuam domitam. vinum expreſſum. Prælo caleno.) inſtrumento quo vuæ premuntur a calenis, Calenum oppidum campaniæ notiſſimū eſt; Falernæ vites) Falerna vina, quæ ſunt a Falerno agro dicta, Martialis. Turpe eſt iugulare Falernum, Amphora non meruit tam pretioſa mori. Strabo ita inquit vbi de campania loquitur. Et inde habent Romani Falernum & Calenū. Per vites vina intelligimus, ex vitibus enim vuæ, ex vuis vina, et eſt figura Metonymia. Vitis, vt ſcribit Varro, dicta eſt, quod inuitetur ad vuas pariundas; Nec tēperant pocula.) equidē puto hunc locum ita eſſe exponēdum; Nec temperant. id eſt non miſcentur aquis in poculis meis, hæc enim vina tantum a delicatioribus & ditioribus haberi ſolent, vinum aqua temperatur & aqua vinū. ſiue nec temperant pocula, id eſt non grato imbuūt

s odore

odore, ſi bona enim vina ſæpe in cantharos infun dantur, ita illos temperant ut diu bene oleant, noſtis enim illud. Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem teſta diu. Nec colles formiani.) vina quæ in collibus formianis naſcuntur, colles formiani a Formijs dicti ſunt; formiæ oppidum Læſtrygonum, prope Terracinã, prius Hormiæ dicebantur, H. enim littera in F. ætate procedente mutata eſt, vnde credimus vaccã Fordam, quæ grauidam ſignificat, prius Hordam fuiſſe appellatam.

In Dianã & Apollinem ſeculare carmen. Ode. XXI.

Dianam teneræ dicite virgines
Intonſum pueri dicite Cynthium
Latonamq; ſupremo
Dilectam penitus Ioui
Vos lætam fluuiis & nemorum coma
Quæcumq; aut gelido prominet
Nigris aut Erymanthi (Algido
Syluis, aut uiridis Cragi
Vos Tempe totidem tollite laudibus
Natalemq; Mares Delon Apolli-
Inſignemq; pharetra (nis

Fraternaq;

Fraternaq; humerum lyra.
Hic bellum lachrymoſum, hic miſe
ram famem
Peſtēq; a populo & Principe Cæ-
ſare in
Perſas atque Britannos
Veſtra motus aget prece.

Sunt qui hos uerſus ludis Apollinaribus cantatos exiſtiment, alij ſæcularibus. Ego autem facio cum ijs qui de ſæcularibus meminere, ludi enim Apolli nares in laudem Apollinis tantũ fiebant in Circo maximo ut ſcribit Liuius qui uotos fuiſſe illos dicit ad exigendum Annibalem ex Italia, ſimulac Ta rentum cæpit, Macrobius etiam ait in ſaturnalibus, ex libris ſybillinis bello Punico ſecundo ſuaden te Cornelio Ruſo XViro *inſtitutos fuiſſe in* Circo, *ac populum coronatũ ſpectare iuſſum ſtipemq; Apollini dare. ludi ſæculares ut ait Feſtus in honorẽ Apollinis & Dianæ inſtituti ſunt, primum centeſi mo quoq; anno, poſtea breuiori tempore facti ſunt & ut ait Capitolinus in Gordiano, celebrati primum fuerunt a Valerio Poplicola, ob exactos* Reges, *Horatius cum de Apolline & Diana loquatur, ludos puto ſæculares non Apollinares eſſe intelligẽdos, multa equidem poſſem de hiſce ludis di*

cere, ſed reijcio lectores ad Cenſorinum & Zoſimũ a quibus omnia quæ de hiſce ludis ſcripſit mutuatus eſt Politianus; Virgines.) puellæ quæ nondum uirum paſſæ eſtis; Teneræ.) quarum membra nõdum obduruere, Cicero ſexagenarius Teſte Quintiliano Cum Publiam Virginem duxiſſet, cras mulier erit inquit; quare ſignificauit uirginem eſſe illam, quæ nondum in uiri manum conuenit, mulierem, quæ fuit in uiri complexu, Caius tamen iuriſconſultus putat, mulieris appellatione Virginem etiam uiripotentem contineri; Dicite.) cantate, preces enim Virginum Dijs acceptæ ſunt, Tibull. Caſta placent ſuperis. Oza, ut in ſacris litteris legitur, quod nocte cum vxore concubuiſſet et Tabernaculum poſtea fœderis attigiſſet, illico diſcerptus eſt. Dianam.) quæ dicta eſt ut ſentit Macrobius a Iana.d. littera addita. Iana .n. luna eſt, ut docet etiam Varro. Alij alia tradiderunt, Macrobius ad lunam reſpiciens ait, Artemis dicitur a græcis quaſi ſecans aera. Tres ait fuiſſe dianas Cicero in Tertio de natura deorum. Primam Iouis & Proſerpinæ filiam, ſecundam Ioue Tertio & latona natam; Tertiæ Patrem fuiſſe Vpin, Quæ paterno nomine interdum appellatur. Pueri.) qui purum habetis animum, & nondum uitijs pollutum. Dicite Cynthium,) Apollinem a Cyntho Deli monte dictum; Apollo & Diana, ut Poetæ fingunt, in Delo nati ſunt; Hinc Callimachus appel

lat

lat Delum Pueri Apollinis nutricem. Intonſum.) Crinitum. Comatus enim fingitur Apollo, qui ſol eſt propter radios, & ea de cauſa uocatus eſt ab Homero Acerſecomes, quem latine intonſum in interpretamur; Penitus) ualde; dilectam Ioui) nota eſt fabula. Supremo.) omnium Deorum potentiſſimo, qui optimus max. eſt appellatus, ut ſcribit Cic. libro de Deorum natura; ideſt munificentiſſimus & maximum ius habens, Ouid. Cedunt Iouis omnia Regno. Vos.) Virgines, non matres ut alij falſo ſentiunt, Tollite.) carminibus celebrate. Lætam.) ſcilicet Dianam, ita Ego interpretor; Fluuijs.) aſpectu fluuiorum. Et coma nemorū.) Syluis frondoſis,) Diana uenationis ſtudioſa fluuijs delectatur & nemoribus, hortatur virgines ad Dianam celebrandam, pueros uero ad Apollinem. Quæcumq;) Scilicet Coma. Prominet. Algido gelido.) Per Algidum aut ſyluam aut Oppidum intelligimus, Oppidum appellat Strabo libro quinto, Algidon Polichnion. Algidum oppidulum. ſed Ego puto ſyluam potius debere accipi, nam infra loquitur de Erymantho & Crago montibus. Nigris ſyluis.) arboribus denſis & opacis; Erymanthi.) hic mons eſt Arcadiæ, ubi aper captus eſt ab Hercule, quem Erymanthium Cic. appellat ſexta verrina. Erymanthum cupreſſiferum appellauit Ouidius, Vt Tegeæus aper Cupreſſifero Erymantho. Cragi uiridis.) frondoſi, hic mons

eſt lydiæ Apollini ſacer & ut Strabo lib. Decimo quarto docet, octo habet promontoria, & vrbem eiuſdem nominis; Tempe.) alibi abunde declarauimus; Mares.) uos pueri, Tollite.) ad cælum laudibus efferte; Natalem Apollinis) Delon ubi natus eſt Apollo. De hac inſula hæc leguntur apud Homeri interpretem primo Iliados. Iupiter captus amore latonæ, quæ filia fuit Coei qui unus erat ex Titanibus & Phæbes, grauidam eam fecit quæ ſimulac, exacto decem menſium tempore, ad Aſteriam unam ex cycladibus appulit, cum decerpſiſſet ramos, ex plantis olea & palma peperit gemellos Dianam & Apollinē, & inſulam uocauit Delon, nam ex mobili & fluctuanti facta eſt immobilis & ſtabilis. Humerū.) Scilicet Apollinis inſignem.) ornatum, pharetra.) Sagittarum receptaculo; pharetra datur Cupidini, Dianæ & Apollini, græca dictio eſt. Lyra fraterna.) hanc enim accepit Apollo a Mercurio fratre, uide Hyginum. Hic) Apollo. Aget.) exiget & expellet. Bellum lacrymoſum.) funeſtum & lacrymarum cauſam propter cædes. Miſeram famem.) quæ miſeros reddit homines, quare ſacram ideſt deteſtabilem Virgilius appellauit, & eſt appetitus calidi & ſicci, ut ſcribit Ariſt. Peſtemq;.) peſtilentiam, quæ naſcitur ex humorum corruptione, cum a ſole exugi non poſſunt, poetæ loquuntur de Pythone ab Apolline interfe-

ſto per quem peſtilentes uapores per terram ſerpentes & aera corrumpentes intelligimus, quos niſi Sol radijs ſuis exiccaret ſæpe in genus humanum peſtilentia ſæuiret. Poeta innuit per hæc uerba ſolē eſſe ingenij abundantiæ & ſalutis humanæ auctorem. In Perſas atq; Britannos.) Populos qui Romano imperio reſtiterunt, quare merito illis mala imprecatur.

Ad Ariſtium Fuſcum. Ode. XXII.

Integer uitæ ſcelerisq; purus
Non eget Mauri iaculis nec arcu,
Nec uenenatis grauida ſagittis
Fuſce pharetra.
Siue per ſyrtes iter æſtuoſas
Siue facturus per inhoſpitalem
Caucaſū, uel quæ loca fabuloſus
Lambit Hydaſpes.
Namque me ſylua lupus in ſabina.
Dum meā canto Lalagen; & ultra
Terminū curis uagor expeditus,
Fugit inermem.

Qui puro eſt animo nullisq; ſceleribus aſtrictus, licet nullis ſit armis inſtructus nullum poteſt pericu-

 lum

lum extimeſcere, Deus enim bonorũ curam ſuſcipit. ut ſentit vir probus, & apud ſacras litteras legimus; bonæ menti ſuccurrit Deus, Et Sophoclem *aiunt et Simonidem ſapientiſſimum Dijs curæ fuiſſe; quare Horatius cum nulli culpæ fuerit affinis, oſtendit Deorum auxilio multa pericula euitaſſe, Ode eſt ad Ariſtium, Fuſcum; legitur etiam Ariſtius uetus, de quo meminit Plin. & qui* Cicero*nis Puteolanum mercatus eſt poſt illius obitum; Vbi aquæ ſcaturierunt oculis ſalutares: vnde illud a Laurea compoſitum eſt Epigramma, quod Plinius nimium commendat; Integer uitæ.) qui præſtat uitæ integritate, nullaq; labe contaminatus eſt; Scelerisq; purus.) vacuus a ſceleribus. Non eget Mauris iaculis.) telis quibus Mauri Africæ populi vtuntur, varij populi varijs vti ſolebãt armis vt alias diximus; Iaculum cum amento Aetolus* Martis *filius inuenit Neque arcu) Scythæ utebantur arcu, &* Parthi *qui ab illis oriundi ſunt, interdum cornu ponitur a* Poetis *pro arcu & a corno arbore, ex qua fit, nomen habet. vocatur a Græcis* Toxon, *alij Arcum et ſagittas Scythen Iouis filium, alij ſagittas* Perſen Per*ſei filium inueniſſe dicunt. Pharetra grauida.) plena* Sagittis. *venenatis.) veneno oblitis, vt citius interficiant. Siue facturus iter.) iturus. Per Syrtes æſtuoſas.) fluctibus æſtuantes,* Syrtes *duæ ſunt in Africa, quarum altera maior, altera minor appellatur, de*

his

bis meminit Philoſophus lib.de mundo, vbi ita de mediterraneo marî loquitur, primū quidē dicitur in ſinuari dextrorſus ab Herculis colūnis intro nauigantibus circa utramq; Syrtim, alterā earum magnam, alteram paruam vocant, Salluſtius in Iugurtino; Duæ Syrtes*, inter eas leptis, dictæ ſunt* Syrtes *a græco* Syro, *nam illuc arenæ a ventis trahuntur, vel quod ibi nauigantes implicentur & pereant;* Per *[caucaſum inhoſpitalem.) rigidum & inhabitalem. Caucaſum* Scythiæ *montem, &* Tauri *Brachium, vſque ad mara rubrum pertinere docet* Philoſtratus. *[Vel per loca quæ lambit fabuloſus Hydaſpes.) Indiam intelligit ſolis ardore peruſtam, Lambit.) lambendo ripas percurrit; Fabuloſus.) de quo fabula fingitur quam Plutarchus ſcribit libello de fluminibus,* Chryſippe *enim puella cum ardorem libidinis pati non poßet, nocte concubia nutricis conſilio cū* Patre *concubuit. quo nefario ſcelere* Pater *in uarias incidit calamitates, itaq; indignatus, vetulam a qua fuerat deceptus defodit viuam, filiam vero in crucem egit & nimio dolore confectus tandem ſe in fluuium indiæ deiecit. qui a nomine illius Regis Hydaſpes eſt appellatus, Et ideo fabuloſus eſt ab Horatio dictus. Lupus.) animal ſuapte natura uoraciſſimum. Fugit.) tamquam metu perculſus. Me Inermem.) nullis inſtructum armis; Quare non propter arma fugit, ſed vi numinis* Poetam *cuſtodientis. Dum*

canto

canto meã Lalagen.) Dum puellæ meæ laudes carminibus celebro; Expeditus curis.) feriatus & procul ab omni negotio, qui enim res agit tutus eſt ab amore, vnde illud poetæ ingenioſi, Res age tutus eris, Otio enim gaudet Venus. Vagor:) huc & illuc me recipio, more amantium qui neſciunt certo in loco perſtare. Vltra Terminum.) vltra deſignatum locum, vel vltra quam fas eſt.

Quale portentum neque militaris
Daunia in latis alit æſculetis
Nec Iubæ tellus generat, leonum
Arida nutrix.
Pone me pigris vbi nulla campis
Arbor æſtiua recreatur aura.
Quod latus mundi nebulæ, maluſq;
Iupiter vrget.

Quale portentum. Qualem feram portentoſæ magnitudinis, Neque alit Daunia.) quæ vt ſcribit Lycophronis interpres, dicitur etiã Calabria, Meſſapia, Iapygia, & Peucetia, & quæ dicta eſt a Dauno Rege Diomedis ſocero. Militaris.) bellicoſa & ſtrenuos viros gignens. In latis æſculetis.) in ſyluis vbi multæ ſunt æſculi arbores glandiferæ ex quarum frondibus olim corona fuit ciuica. vt Plinius

*Plinius inquit, Ouidius etiam teſtatur libro primo
metamor. Aeſculeam coronam fuiſſe antiquiſſimã.
Hic iuuenum quicumq; manu, pedibusue, rota
ue uicerat, Aeſculeæ capiebat frondis honorem.
Nec tellas Iubæ.) Mauritania, vbi regnauit Iu-
ba, qui Boccho ſucceſſit & a C. Cæſare ſuperatus* Textor offic.
mortem ſibi conſciuit, cuius filuis admodum puer pag. 9.
*Romam in Triumphum ductus, is fuit, qui poſtea
ſcripſit Hiſtoriam, ſingulari ingenio ac doctrina
præditus, & Auguſti liberalitate ad Regnum pa
ternum remiſſus eſt. Nutrix Arida.) appoſitio
eſt. Mauritania, Africæ Regio eſt, quæ laborat
aquarum inopia, unde ſiticuloſa etiam dici poteſt,
vt Apulia vocatur ab Horatio, vide Euſtathium
Dionyſii interpretem, Leonum,) de quibus alias
diximus; Copia Leonum in Africa eſt ſed ibi ne-
que cerui neq; Apri inueniuntur. vt ſcribit Hero
dotus. et Plinius conſentit. Oppianus autem repu
gnat, & multis excuſari modis Virgilius poteſt,
qui dat ceruos Africæ. Pone me in cãpis pigris.)
qui frigore obrigent, & nihil humanæ vitæ com-
modum producunt. Vbi.) Zonam frigidam intel
ligit. Nulla arbor.) quæ ferre fructum poſſit. In
locis enim tẽperatis vt in Italia ſunt Arbores quæ
fructus edunt vberes. Recreatur Aura æſtiua.)
tenui ventulo, quo ſpirante ſolent æſtiuo tempore
homines admodum recreari, & ipſæ Arbores, ne
nimio calore omnem amittant viriditatem. In pla*

ga

ga ſeptemtrionali vt Plinij vtar vocabulo, immo derati frigoris perpetua eſt hyems, & nullæ auræ ibi fiunt. Quod latus mundi.) Quam mundi partem Aquilonalẽ, quattuor enim mũdi latera ſunt. Nebulæ.) quæ in ſublime non feruntur, ſed per terræ ſuperficiem vagantur, quod indicium eſt regionis nimium frigidæ, vnde exhalationes ita calidæ & ſiccæ naſci non poſſunt, vt ſua leuitate alta petant; Iupiter malus.) frigidiſſimus aer, & hinc pernicioſus & humanæ naturæ contrarius, quæ calorem temperatũ appetit. Vrget.) moleſtus eſt. Iupiter interdũ pro Aethere interdum pro aere, interdum per vento, qui aeris vnda vocatur a Speuſippo, pro vento apud Catullum legitur. ſiue vtcumq; Iupiter ſimul ſecundus in pedem inciſſet; alij legunt utrumque.

Pone ſub curru nimium propinqui
Solis, in terra domibus negata,
Dulce ridentem Lalagen amabo;
Dulce loquentem.

Sub curru ſolis nimium pro pinqui.) Sub Zona torrida ubi nõ datur habitatio mortalibus, ob nimios æſtus, vnde ille, Quarũ quæ media eſt nõ eſthabitabilis æſtu. Sed noſtra tempeſtate inuenta eſt non adeo aſpera, ut ſit hominum expers. datur ſoli currus, quẽ Orpheus appellauit, Tetrhaoron harma

ma, a quattuor horis, ideſt anni Tempeſtatibus, Nimium propinqui.) locutus eſt ſecundum vulgi opinionem, ſed reuera Regio calidiſſima eſt, quia per lineam pene rectam ſol eo radios immittit, quæ nimij caloris cauſa eſt. Amabo lalagen dulce ridentem.) ſi ſuauiter puella rideat, magis accendit Amatores, Vnde venus dicta eſt ab Homero Philo midis, quia riſum amat. Dulce loquentem.) ſermo puellæ ſi concinnus erit, & iucunda uoce habebitur, maximum erit amoris incitamentum; & uerborum efficacitate, quæ maximam habent uim, & uocis iucunditate, quæ pars eſt ut inquit Plato pulchritudinis.

Ad Cloen. XXIII.

Vitas hinnuleo me ſimilis Chloe
Quærenti pauidā montibus auiis
Matrem, non ſine uano
Aurarum, & ſyluæ metu.
Nam ſeu mobilibus ueris inhorruit
Aduentus foliis; ſeu uirides rubū
Dimouere lacertæ
Et corde & genibus tremit.
Atqui non Ego te Tigris ut aſpera

Getuluſue

Getuluſue leo frãgere perſequor
Tandem deſine matrem
Tempeſtiua ſequi uiro

Virgines quæ nondum concubuere, licet naturæ ui non poſſint non appetere concubitum, timent tamen uel uerecundia quadam affectæ, uel quia ſuſpicantur ſe uiolentiam paſſuras non ſine dolore, cum primum ſe cum maribus commiſcuerint, talis erat Chloe, quæ licet ab Horatio adamaretur uitabat illum ut Ceruæ pullus ſuapte natura timidus, qui ſi forte dum matrem per ſyluestria loca quæritat, ſtrepitum aliquem audierit, ualde contremiſcit. Vitas) fugis. Similis Hinnuleo.) Cerui pullo; Hinnulus & hinnuleus dicitur. Quærenti pauidam matrem.) Ceruam parentem natura timidam; Montibus auijs) per loca deuia & montana. Non ſine uano metu Aurarum & ſyluæ.) nam ſi uel uentulus ſpirarit, uel frondes arboris moueantur, hinnuli putant periculum aliquod pro creari, & uano timore concutiuntur; Aduentus ueris.) uer nouum;) Inhorruit.) horrido ſtrepitu cõcrepuit. Folijs mobilibus.) quæ uel a leui uento concutiuntur, frondeſcunt enim tempore uerno arbores, & uenti gignuntur cum ſol incipit magis uapores attollere, quare frondes agitantur & obſtrepunt, Seu lacertæ.) quæ græce Sauræ uocantur. Virides,) uiridem colorẽ præſeferẽtes ſic etiã Virg.

lacertos appellauit. Nunc uirides etiam occultant ſpineta lacertos. Dimouere.) concußerunt. Rubū.) dumum, inter dumeta enim lacerti & lacertæ ſæpe uerſantur. Tremit) nimio timore affectus, timor enim facit, ut non ſolum animantia ſed etiam homines contremiſcant, ſiquidem frigeſcunt membra ſanguine ad cor defluente. Et corde.) ubi ſedes timoris eſt, ut medici dicunt, uide Lactantium. Et genibus.) Formido cauſa eſt ut genua uacillēt, & firmiter inſiſtere nequeant frigeſcente corpore; Nō ego te Tigris ut àſpera.) quaſi dicat, ego non ſum aſper ut Tigris aut leo quæ animalia ſunt ferociſſima. ut ſi forte te complectar poſſim tibi malum inferre, uides me manſuetum hominem & ardentiſſimum tui amatorem, quare fugere non debes, præſertim cum iam ſis nubilis & matura uiro, & non inuita debeas mecum commiſceri.

Ad Virgilium. XXIIII.

Quis deſiderio ſit pudor aut modus
Tā cari capitis? præcipe lugubres
Cātus Melpomene. Cui liquidam
Vocē cū cithara dedit. (Pater
Ergo Quintilium perpetuus ſopor
Vrget? cui pudor & iuſtitiæ ſoror
Incorrupta fides; nudaqꝫ ueritas

Quando

Quando vllum inuenient parem?

Deplorat mortem Quintilij, qui legiones illas amiſit in Germania, quæ tantum Auguſto dolorem attulerunt, ut caput foribus illidens dixerit (Suetonio Teſte) Quintili redde legiones. Hic Amiciſſimus erat Horatij nam Poetices erat ſtudioſus & eodem ſtudio tenebatur, plura de hoc dicerem niſi alias mentionem feciſſem, & piget eadem repetere; Quis pudor aut modus ſit deſiderio? qua ratione deſiderio moderemur quaſi dicat nulla, dolendum eſt enim uehementer ſine modo & pudore, deſiderium cum dolore intelligitur, nam ea, quibus caremus, cum dolore deſideramus. quis deſiderio ſit pudor aut modus. Talis etiã *ordo & ſenſus eſſe poteſt, ut hæc uerba legantur ſine interrogatione o* Melpomene *præcipe lugubres cantus, quis pro quibus ſit pudor & modus tam cari capitis deſiderio lugendo enim & lamentando ſenſim dolor temperatur & cuncta quæ modum excedunt, indigent temperamento, quo uti numquã poſſumus in rebus, niſi pudore afficiamur. Tam cari capitis.) Vitæ Quintilij quæ omnibus erat cara & iucunda & qua non ſine maximo dolore caremus ut modũ adhibere neſciamus, per caput enim quod membrũ eſt principale noſtri corporis, uitam intelligimus, unde flagitium capitale quod morte multandum eſt, uſurpatur interdum pro honeſtate uitæ,*

vnde

vnde capite diminuti apud iuriſconſultos. Melpomene.) Muſa quæ præeſt Tragicis. Præcipe, impera & doce. Cantus lugubres. Carmina funeſta ut Næniam, Leſſum, Epicedia. Cui. Melpomenæ. Pater. Iup. Iouis enim & Mnemoſynes filiæ Muſæ dicuntur. opus enim eſt ingenio & memoria, ut in litteris proficiamus. Dedit uocem liquidam.) claram canoramq; . Cũ Cithara) inſtrumento muſico quod ut alibi diximus erat inſtar græcæ litteræ Deltha ut ſentit Diuus Hieronymus. Ergo) non ſine admiratione & indignatione hoc in loco profertur; Perpetuus ſopor.) Mors, qui enim mortui ſunt uidentur arcto & perpetuo ſopore conſopiti. hinc merito frater mortis ab Homero ſomnus uocatur, cuius imitatione Virgilius dixit. & conſanguineus lethi ſopor. Vrget.) ſine ſenſu retinet, quaſi perpetuam uim in illum ſopor exerceat, eſt poetica cõſideratio. Cui.) Quintilio. Pudor.) uerecundia erat, quæ maxima Virtus eſt, Impudentes. n. & inuerecũdi a nullo abſtinent ſcelerũ genere. Et incorrupta fides. nulla labe polluta, quæ maxima laus perhibetur, nam qui fidẽ amittit ut inquit Mimographus nihil poteſt amplius amittere, maleq; audierunt merito Cretenſes qui dicti ſunt ab antiquis ſcriptoribus falſi et mendaces; Iuſtitiæ ſoror,) appoſitio eſt, Iuſtitia non poteſt coli ſine fide, nam ſi proprium iuſtitiæ eſt tribuere unicuiq; ſuum, in pactis, fœderibus, contractibus, ſti

nota

nota

sententia

ſtipulationibus, emptionibus, uenditionibus, pro miſſis & ceteris id genus, niſi fides ſincere obſeruetur, Iuſtitia nulla erit. & quidquid legum eſt peribit; Nudaq; ueritas. ſimplex, quæ nullis conſtat fucis, nullisq; figmentis, Ouid. Nudaq; ſimplicitas purpureus uepudor. homines ueritatis cultores, quidquid habent clauſum in pectore aperte loquuntur. Euripides quem latine ita uerto dixit, ſimplex ſermo ueritatis, & Pythagoras interrogatus, quid homines Deo ſimile faciant, reſpondit, Si uera dixerint. Quando illum inuenient parem?) Scilicet uel hæ uirtutes uel homines, Tan ta erat Quintilij virtus, ut nullo tempore poſſit ſi milis inueniri.

Multis ille quidem flebilis occidit.
Nulli flebilior, quam tibi Virgili
Tu fruſtra pius, heu, nõ ita creditũ
Poſcis Quintilium Deos.
Quod ſi Threicio blandius orpheo
Auditã moderere arboribus fidẽ
Nõ uanæ redeat ſanguis imagini,
Quam uirga ſemel horrida
Non lenis precibus fata recludere
Nigro cõpulerit Mercurius gregi.

Durum

Durum ſed leuius fit patientia
Quidquid corrigere eſt nefas

Ille occidit multis flebilis. qui plorãdus eſt a multis, quare innuit tot uirtutũ ornamẽtis fuiſſe multis acceptiſſimũ; Nulli flebilior quã tibi Virg. Conſuetudo.n.cõcinnat amorẽ ut inquit Lucretius, qui amor ſane maior erit ſi acceſſerit ſtudiorum ſimilitudo, cum eadem uoluntate. Tu fruſtra pius) nã qui ſemel mortuus eſt lacrymis recuperari non poteſt, unde nõ incõcinne dixit ille, Sũt ferrea Ditis oſtia, et ingreſſis nullus datur exitus umbris. Poſcis Deos) a quorum nutu pendent omnia. Quintilium non ita creditum) non ea lege eorũ fidei cõmiſſum, ut poſſit ad nos redire. Hinc idem Poeta uocat ſecũdo libro Plutonem illacrymabilem, qui nullis poſſit flecti lacrymis Sed cum dicat Quintilium creditum, potius Dijs, quam tibi, debemus intelligere, ad maiorem Quintilij laudem, vt uideatur Poeta innuere, Quintilium poſt mortem inter Deos uerſari. ſentiant quidquid velint alij. Quod propter quod) ſi moderere fidem) lyrã tendas & temperes ut fiat diuerſarum uocum concentus. Auditam arboribus.) quæ adeo ſit dulcis ut moueat etiam arbores, reſpexit ad fabulam quæ fertur de Orpheo. cuius Melodian Poetæ fingunt arbores cum ſaxis fuiße ſecutas, & illius dulcedine flumina quoque ſiſti potuiße. Blandius. ſuauius & iu-

cundius; Orpheo Threcio) in Thracia nato, de quo ſatis abunde alibi. Non redeat ſanguis. uita cum anima. non enim defuerunt Teſte Cicerone et Plutarcho, qui dicerent ſanguinem eſſe animam. Vnde Virg. Purpuream uomit ille animã. Vanæ imagini. uano cadaueri, poſtquam anima efflata eſt, uanum & inutile eſt mortuum corpus nulloq; motu cieri poſt, unde imago uocatur docte & ſcite; nam potior pars hominis anima eſt & hæc dat corpori formam, qua deficiente, nihil differt corpus a pictura, quæ imago eſt; uel per imaginem intellige umbram quæ ad inferos deſcendit, ut Poetæ fabulantur, Virgil. Et nunc magna mei ſub Terras ibit Imago. Et hæc ſecunda expoſitio uere pertinet ad Poetæ ſententiam. Quam) imaginem & umbram.) Mercurius qui poteſtatẽ habet mittendi Animas ad Orcum & euocandi ſecundum Fabulas. Virgil. in Aeneide. Tum virgam capit, hac animas ille euocat orco; Pallentesq; alias ſub triſtia tartara mittit; hic pingebatur cum Galero, Talaribus, & Caduceo, nunc virgam nunc falcatum gladium habens, Hunc Appuleius libro decimo de Aſino aureo ita depingit; Puer luculentus, nudus, niſi quod Ephebi chlamyde ſiniſtrum tegebat humerum, flauis crinibus conſpicuus, inter comas eius aureæ pinnulæ ſimul coniunctæ prominebant, Cum Caduceo & Virgula. Non lenis precibus.) In exorabilis; Fata recludere.)

re.) fatorum ordinem diſſoluere, nam cum ſtatutũ ſit a Deo debere omnes mori, nemo poteſt euadere. Compulerit.) adegerit. Nigro gregi.) ad nigrum gregem umbrarum. nigra omnia ſunt inferna luce priuata. Quidquid durum.) difficile, graue, moleſtum. Eſt nefas.) non licet, ideſt impoſſibile eſt, ut ita dicam. Corrigere.) emẽdare, et in meliorem modum redigere; Fit leuius.) Facilius Toleratur. Patientia.) hæc enim uirtus eſt quæ probat hominem, hæc eſt illa quæ magnam Socrati peperit gloriã, & de cuius laudibus multa Tertullianus & Cyprianus; ipſa .n. eſt quæ iram Temperat, quæ linguã frenat, mentẽ gubernat, Pacem cuſtodit, diſciplinã regit, libidinis impetum frãgit. Sic Iob examinatus & probatus, eſt ad ſummum faſtigiũ laudis patientiæ uirtute prouectus, quanta .n. aduerſus eum iacula fuerunt immiſſa. Tobias etiã ualde cõmẽdatur, quod poſt præclara Iuſtitiæ & miſericordiæ ſuæ opera, quãuis oculis captus eſſet, cæcitatẽ tamen cõſtanter tolerauit.

de Socrati... Patientia ... tor offic. ... 205.

Ad Lydiam. Ode XXV.

Parcius iunctas quatiunt Feneſtras
Ictibus crebris Iuuenes proterui
Nec tibi ſomnos adimũt, amatq;
Ianua limen,
Quæ prius multum faciles mouebat

Cardines, audis minus, & minus iam
Me tuo longas pereunte noctes
Lydia dormis.
Inuicem Mœchos anus arrogantes
Flebis in ſolo leuis angiportu
Thracio bacchante magis ſub inter
Lunia uento.

Inſultat Lydiæ quæ cum multum ſibi placuiſſet, & amatores contempſiſſet, anus facta uiciſſim cõtemnitur, & cum a nemine ſubigi poſſit, libidinis effrenatæ impatiens, furit tamquam equa, Iuuenes proterui.) audaces rationis expertes, qui nihil agunt moderate, ſed animi impetu feruntur, tãquam beſtiæ intractabiles. ſic enim a Platone vocantur. Parcius. rarius, Quatiũt, percutiunt. Feneſtras iunctas. clauſas, feneſtræ dictæ ſunt a uerbo græco quod ſignificat appareo & luceo, interdum vſurpantur metaphoricos, nam oculi feneſtræ animi dicuntur a Cicerone; Feneſtratus vſurpatur a Plauto, Nulla eſt feneſtratior domus. Momus cum natura expoſtulabat vt inquit Ariſtoteles quod hominum pectora non fecerit feneſtratã: Ictibus crebris. crebro iactu lapidum, frequenter Amatores noctu iaciunt lapides in feneſtras meretricum; vt illas excitent ſi forte dormiant, vel vt

timorem

timorē incutiāt, quo perculſæ citius illos admittāt. Nec tibi ſomnos adimūt.) nec expge faciūt. Ianua. quæ dicta eſt a Iano principij Deo. Amat limen. clauditur & coniungitur frequentius limini, ianua cū clauſa eſt limini coniuncta uidetur, et quos ama mus cum ijs frequenter cōiungimur. ſumpta eſt ab animalibus trāslatio. Quæ prius,) cū te iuuenes de peribant; Mouebat card.nes. *) aperiebatur motis cardinibus quibus ianua tenetur, clauditur & recluditur, quare dicitur cardo quaſi cor Ianuæ, ponitur interdū pro opportunitate, Virg. Haud tāto ceſſabit cardine rerum.* Multū faciles. *) qui prius facile mouebantur, Etenim cum raro ianua aperi tur, cardines difficilius mouentur, rubigine quadam obſiti, cum uero frequenter reſeratur, hi facilius moueri ſolent. Audis minus et minus iam.) cum nunc rugoſa videaris, ætatis enim tuæ venu ſtas defloruit, multo minus audis illa verba aman tium, quæ talia erant. Lydia dormis.) quieſcis tran quillo animo & nihil curas amantium miſerias et verba his quæ ſequuntur ſimilia.* Me tuo.) *amatore. Pereunte. intolerabilia frigora & vim ventorum patiente vt mori cogar. Noctes longas.) per hyemales noctes, quæ lōgiores ſunt & ſub Dio per noctantibus pernicioſiores. Anus leuis.) deſpicatiſſima quaſi nullius momenti & exiſtimationis; Flebis inuicem* Moechos. *) qui prius tecum eo tempore, quo præſtabas pulchritudine mœcha-*

Aridas frondes hyemis ſodali
Dedicet Hebro.

Amor flagrans.) nimius & exardeſcens, & miſerum eſt ardenter amare. Libido.) appetitus laſciuiæ inordinatus, quæ in omni ætate, ut Cic. *ait turpis eſt, ſed in ſenectute turpiſſima. Furiare.) in furorē redigere. Virg. in furias ignemq; ruūt. Matres equorū.) Equas quæ nimio libidinis pruritu ſæpe furore concitantur, Virg. Furor eſt inſignis equarum. Circa iecur.) vbi ſedes eſt libidinis, vide Lactantium, eſt enim ut alibi dixi tamquam ſanguis concretus & facile caleſcit & cunctis animalibus ſanguinem habentibus ineſt. Vlceroſum.) naſcuntur vlcera in Iecinore, quod male habet, eſt enim inteſtinum membrum quod intemperie victus facile corrumpitur, nec ſolum cibi calidiores illi obſunt verum etiam immoderatæ animi affectiones, ex quibus bilis noxia gignitur. Pubes læta.) hilaris iuuentus. Gaudeat edera virenti.) puellari ætate, loquitur poeta non ſine allegoria. Pulla Myrto.) quæ ſuapte natura tunc ſubnigra eſt cum eſt viridior, et perſeuerat Poeta vti eadem allegoria. Aridas frondes.) vetulas intelligit. Dedicet.) deſtinet, ideſt cadere ſinat, Hebro.) Thraciæ fluuio. Sodali Hyemis.) frigidiſſimo. quaſi dicat, Lydia iam ſeneſcens nimio dolore differtur, quod videat ſe a iuuenibus contemni & deſpici,*

& deſpici, tamquam aridas frondes, & puellas ætate florentes tantum adamari. Hebrum Thraciæ fluuium ſcribit Plutarchus dictum eſſe ab Hebro Caſſandri filio, qui patris iram fugiens cum falſò accuſatus eſſet a nouerca, quod eam tentarit, in fluuium ſe præcipitauit, illiq; nomen dedit. hanc fabulam accepit Plutarchus a Timotheo. huic fluuio adiacet Mons Pangæus.

De Aelio lamia. XXVI.

Muſis amicus triſtitiam, & metus
Tradam proteruis in mare creticũ
Portare uentis, quis ſub Arcto
Rex gelidæ metuatur oræ,
Quid Tyridatem terreat unice
Securus. O quæ fontibus integris
Gaudes; apricos necte flores
Necte meo Lamiæ coronam
Pimplea dulcis; nil ſine te mei
Proſunt honores, hũc fidibus nouis
Hunc lesbio ſacrare plectro
Teq; Tuasq; decet ſorores

Qui

Qui litteris deditus eſt præſertim ſi muſis manſuetioribus delectetur, bonis animi fretus quæ amitti numquam poſſunt, modo vita ſit incolumis, contemnit quæ ceteri mortales a fortunæ temeritate pẽdentes reformidant, ſibiq; viuens & muſis, omnẽ expuit mæſtitiam timoremq; deponit. Precatur poeta Muſam, ut uelit Aelium lamiam tamquam unum ex poetis flori da corona exornare, & lyricis carminibus celebrare. Muſis amicus.) Muſarum ſtudioſus. *Triſtitiam.*) *animi Cruciatum, quo torquemur cum quid amiſimus aut iucundũ aut utile, aut cum ea conſequi non poſſumus, quæ uehementer appetimus: hæc facit, ut animi corporisq; cultum deſpiciamus, uitamq; infelicem traducamus, nam quid honores, quid diuitiæ nobis proſunt. ſi animo ſemper ſolicito uiuamus? litterarum cognitio maximum ſolet eſſe remedium, angoresq; magna ex parte diſcutit, modo ea quæ legimus præcepta libenter obſeruemus, & antiquorũ exẽpla ponamus ante oculos. Et metus.*) *timores quibus imperitum uulgus plerumq; concutitur, ubi quid periculi intenditur; Tradam proteruis uentis.*) *dabo uentis audacibus & furioſis, magnoq; cum impetu ſpirantibus; Portare.*) *ut portent, In mare creticum*) *poſuit ſpeciem pro genere. Creticum quod alluit* Cretam, *quam Iouis incunabula Ouidius appellat. Iouis incunabala Crete, Securus.*) *ſemotus a cura, & negligens. Quis* Rex *ge*

lidæ oræ metuatur.) Quis Tyrannus regionis aquī lonalis timeatur, ubi ferociſſimi homines naſcuntur, nam ſæpe aſperitati locorum ingenia reſpondent, gelidæ oræ, poteſt eſſe genitiuus & datiuus pro ablatiuo, ut dicamus, metuatur gelidæ pro a gelida ora: Sub arcto.) ſub ſeptentrione ubi urſæ ſidus eſt, & loquitur Homeri exemplo qui unā tantum ponit urſam, maiorē ſcilicet. Quid terreat.) uel uicinum Regem bellum mouentem uel Romanum intellige imperium, quod omnes barbari Reges timuerunt. Vnice. ſingulariter & maxime. Tyridatem.) Armeniæ ſiue Perſarum Regem. O Pimplea. Muſa a Pimpleo monte Macedoniæ dicta, uel a monte Orchomeniorum. Quæ gaudes Fontibus integris.) nulla labe pollutis, potius quā nulla ex parte diminutis ut quidam ſentiunt, et reſpexit ad integritatem illorum, qui litterarum ſtudijs deditiſunt, Sceleroſi enim & vitijs corrupti, numquam poſſunt in litteris vere proficere. Poetæ fabulantur fontem Hippocrenen & fontē Caſtalium, Muſis eſſe dicatos, vel quod verſantur in montibus vnde ſcaturiunt fontes vt vitent hominum commercia, quæ contemplationem impediunt, uel per fontes ingenia intelligimus ex quibus multa ſcatere poſſunt, Necte.) colliga, vt ſertum fiat. Apricos flores.) qui naſcuntur in locis apricis, loca enim frigida et remota a ſolis aſpectu nō ſunt idonea ad flores producendos. Necte coronā.)

Contexe ex floribus coronã, qua ſolet principalis pars noſtri corporis exornari, Quæ diuina vocacatur a Platone in Timæo. Mei honores.) quibus Lamiã afficio. Nil proſunt.) Sine te. ſine laudatione tua, omnes enim eo ſunt ingenio, vt cupiant poetarum carminibus celebrari quibus immortalitatẽ aſſequi poſſunt. Ecquis eſt qui laudes contemnat? Themiſtocles faſſus eſt ingenue, ſe nihil audire libentius, quam ſuarum rerum prædicationẽ. Teq; *tuasq; decet Sorores.) conuenit tibi calliope ceterisq; muſis. Hæ ſorores perhibentur propter cognationem artium & diſciplinarum. Sacrare Hũc.)* Lamiam tot laudibus efferre, vt ſacer & diuinitatis particeps habeatur. vel ſacrare ideſt immortalitati commendare. Nouis fidibus) nouis lyricis cantibus, qui ante Horatium non ſatis frequentes erant. Plectro.) inſtrumento quo lyra percutitur. Lesbio. quo vſus eſt Alcæus Lesbius & Sappho.*

Ad Sodales de uini vſu Ode. XXVII.

Natis in vſum lætitiæ ſcyphis
Pugnare Thracũ eſt. tollite barbarũ
Morem, verecundumq; Bacchum
Sanguineis prohibete rixis.

Vino

dum ſolent eſſe verecundi, nã impudẽtes in unum quodq; ſcelus rapiuntur & vulgi vocu'as contemnunt, illudq; Catulli frequenter habent in ore, viuamus mea Lesbia atq; amemus. Rumoreſq; ſenum ſeueriorum omnes vnius æſtimemus aſſis, vel verecundum. qui poſt errores ob vinolentiã cõmiſſos facit ho i nes verecundos. Sanguineis rixis) a contentionibus quibus cædes fiunt. Acinacis Medus) gladius quo Medi & Perſæ vtebantur, ſeu poſuit Medos pro Perſis. Immane. i. magnum eſt, vide quid ſentiat de hoc nomine Nonius Marcellus, qui aperte teſtatur, pro ingenti poſſe vſurpari, antiquorum auctoritate non refellenda. Quantum diſcrepat vino.) a conuiuijs, vbi vinum abunde hauritur, & vbi omnia lætitiæ plena & facetiarum eſſe debẽt amotis diſcordijs & cõtentionibus. Et lucernis) noctu. n. agitatur ſæpe cõuiuia vt licentius potare, & loqui poſſint diſſoluti, quare legimus apud liuium noctu fuiſſe celebrata Dionyſia, et Ouidius, Græcorum more, Bacchum Nyctelium Patrem appellat. Sodales) conuiuæ. Lenite) clamorem impium) concertationem verborum & vociferationem, quæ indicat animos furore percitos et bacchãtes, ſine aliqua pietate & benignitate. Et remanete.) perſeuerate in conuiuio. Cubito preſſo.) indicat morem diſcumbentium, qui Toro cubitum affigebant, ſed hoc alij referunt ad ſaturos, qui cubito innituntur cibis turgidi. Falerni ſeueri.) vini

dum ſolent eſſe verecundi,nã impudentes in unum quodq; ſcelus rapiuntur & vulgi vocu'as contemnunt,illudq; Catulli frequenter habent in ore, viuamus mea Lesbia atq; amemus.Rumoreſq; ſenum ſeueriorum omnes vnius æſtimemus aſſis, vel verecundum.qui poſt errores ob vinolentiã cõmiſſos facit ho i nes verecundos. Sanguineis rixis)a contentionibus quibus cædes fiunt. Acinacis Medus) gladius quo Medi & Perſæ vtebantur, ſeu poſuit Medos pro Perſis. Immane.i. magnum eſt, vide quid ſentiat de hoc nomine Nonius Marcellus,qui aperte teſtatur,pro ingenti poſſe vſurpari,antiquorum auctoritate non refellenda. Quantum diſcrepat vino.) a conuiuijs,vbi vinum abunde hauritur,& vbi omnia lætitiæ plena & facetiarum eſſe debẽt amotis diſcordijs & cõtentionibus. Et lucernis) noctu.n. agitatur ſæpe cõuiuia vt licentius potare,& loqui poſſint diſſoluti,quare legimus apud liuium noctu fuiſſe celebrata Dionyſia, et Ouidius, Græcorum more,Bacchum Nyctelium Patrem appellat. Sodales) conuiuæ. Lenite) clamorem impium) concertationem verborum & vociferationem,quæ indicat animos furore percitos et bacchãtes, ſine aliqua pietate & benignitate.Et remanete.)perſeuerate in conuiuio. Cubito preſſo.) indicat morem diſcumbentium, qui Toro cubitum affigebant, ſed hoc alij referunt ad ſaturos, qui cubito innituntur cibis turgidi. Falerni ſeueri.) vini

Falerni

Falerni nimis auſteri, hæc expoſitio mihi magis probatur. Athenæus duas Falerni vini ſpecies ponit, alteram auſteram, alteram dulcem. Frater Megillæ opuntiæ.) qui vnus erat ex conuiuis, & noluit illum nominatim appellare, ſed potius ſororem, vt ſignificaret celebriorẽ eſſe germanam fratre, vel pulchritudine, vel quapiam alia re, et hoc nõ ſine ſalibus dixit Poeta, Opuntiã appellauit ab oppido locridis. Quo vulnere.) qua amoris tui. Qua ſagitta.) cuius puellæ forma, quæ cor iuuenis tamquam ſagitta percutit. Pereat.) nimis affligatur, vt fere pereat. Beatus.) non ſine voluptate, vt moriens ſe beatum appellet, diſtinentur enim & excruciantur Amantes, ſed hoc fit non ſine ſpe delectationis. itaq; volentes libentesq; affliguntur.

Ceſſat uoluntas, non alia bibam
 Mercede, quæ te cũq; domat ve-
 Non erubeſcendis adurit (nus
 Ignibus. ingenuoq; ſemper
Amore peccas, quicquid habes, age,
 Depone tutis auribus. ah miſer
 Quanta laboras in charybdi
 Digne puer meliore flamma.

Quæ ſaga, quis te ſoluere Theſſalis
Magus venenis, Quis poterit De-
Vix illigatum te triformi (us?
Pegaſus expediet chimæra.

Ceſſat voluntas.) Si piget te mihi amores tuos patefacere pœnitet me huc acceſſiſſe. Non bibã) non ero cõpotor. Alia mercede) alio præmio quã ſi tuos mihi amores patefeceris. Quæ tecumq; Venus.) Tmeſis eſt, figura, quicumq; amor. Domat te.) vincit & aſtringit, domantur enim animi hominum amoribus vel ſi nimium ſint elati; quod fertur de Hercule, qui viribus pollens, & tot ferarum domitor perdomitus eſt, vt aiunt, ab Amore, qui uincit omnia. Adurit.) reſpexit ad fabulam, quæ fertur de facibus cupidinis, Ignibus non erubeſcendis.) amoribus nullo pudore dignis, nam cum adamatur puella quæ merito ſit amãda, facit, vt tali amore non erubeſcamus; hinc Sulpicia apud Tibullum, Cum digno digna fuiſſe ferar. Peccas.) oſtendit hominem, qui nimio plus puellam depereat, quãuis pulchra et ingenua ſit, ſine dubio peccare, multa enim hinc mala oriuntur. Itaque ſcite Plautus Amantium miſerias in Ciſtellaria recenſet, & Lucretius multis monet carminibus, ne ſinamus a mulieribus illaqueari. Amore ingenuo.) Amore ingenuæ & honeſto loco

natæ puellæ; Quicquid habes.) quocumq; amore flagras, age hortantis eſt. Depone tutis Auribus.) communica mecum cuius aures tutæ ſunt, & fidæ, non enim ſum plenus rimarum, vt emanent ea quæ dixeris. Ah miſer.) intelligendũ eſt, fratrẽ Megillæ ſuſurraſſe ad aurẽ Horatij, ſuosq; amores ſignificaſſe. Quanta in Charybdi.) *in quãta uoragine verſaris, adamabat enim ille miſer meretricẽ uoracem, quæ deglubebat amatores et eorum bona deuorabat, ut iure Charybdis dici poſſet. Charybdis locus eſt in mari ſiculo periculoſus de quo Homerus in Odyſſea. Charybdis reſorbet aquam nigram, ter quidem emittit quotidie, ter autem resorbet. vnde Ouidius. Quæq; uomit totidem fluctus totidemq; reſorbet, meminit de hac* Plinius, *Seneca ad lucillum & Thucydides libr. quarto, aiunt fuiſſe mulierem quandam rapaciſſimam, quæ cum Herculis vaccas rapuiſſet, de cælo tacta eſt, & in hoc monſtrum conuerſa, Homeri interpres ita de hac loquitur. Charybdis, maris vorago reſorbens, inter adriaticum &* Tyrrhenũ *mare. Quæ ſaga.) mulier quæ veneficia poſſit amoliri, quaſi ſatis agens, ſaga eſt etiam mulier perita ſacrorum vt inquit Feſtus. Quis Magus.)* Quis multarũ rerũ peritus, et ſapiens, qui a Perſis Magus *appellatur. Theſſalis venenis.) veneficijs ex herbis quæ in* Theſſalia *leguntur, confectis. vnde ille. quicquid habet* Circe *quicquid Medea*

veneni,

veneni, Quicquid & herbarum Theſſala terra gerit. Vix expediet.) vix liberabit. *Te illigatum Triformi Chimæra.)* *alluſit ad* Bellerophontem, *qui obiectus eſt Chimæræ, quæ triplici fuiſſe forma fertur, vt diximus.* Pegaſus.) Bellerophontis *equus, qui alatus fuiſſe fingitur, Lactantius* Grãmaticus *in* Thebaida *inquit. Neptunus Pater quorundam equorum fertur, Pegaſi ex* Meduſa. *Arionis ex Cerere, Interpretes Pindari multa de hoc equo, quem frenatum Pallas Dedit Bellerophonti vt periculum euitaret. Feſtus docet* Pegaſidas *muſas dictas eſſe a fonte, quẽ* Pegaſus *ictu vngulæ fertur aperuiſſe, de hac re nonnulla etiam tradit Hyginus, cuius uerba hæc ſunt, quæ cum mihi deprauata uitio temporum videantur, corrigam vt potero. Bellerophontes, ad Prætũ Abantis filium Argiuorũ* Regem *deuenit, Antiã coniugem* Regis, *hoſpitis amore inductã petijſſe ab eo aiunt vt ſui copiam faceret, ac promiſiſſe cõiugis* Regnum, *quæ cum impetrare non potuiſſet, verita ne ſe apud Regem is criminaretur occupat, eumq; ſibi vim afferre voluiſſe Præto dicit, qui quod eũ dilexerat noluit ipſe ſuppliciũ ſumere, ſed potius mittit ad Sobarem Antiæ Reginæ* Patrẽ, *quam alij Sthenoboeã dixerunt, vt ille filiæ pudicitiam defendens Bellerophontem obijceret* Chimæræ, *quæ eo tempore vaſtabat lyciorum agros flammis, vnde Victor profugiens poſt fontis inuentionem,*

nem, cum ad cælum contenderet euolare, neque longe iam abeſſet, deſpiciens terram, timore perculſus decidit, ibiq; periſſe dicitur, equus autem inter ſidera a Ioue cōſlitutus exiſtimatur. Chimæra vt aiunt monſtrum in lycia, nata eſt ex Typhone & Echidna, quæ priorem partem leonis figuram, poſteriorem draconis habebat, media ipſa Chimæra erat, ideſt Capra. ſed vt ſcribit Palæphatus mons erat, ad quē te reijcio, ne plura quā ſatis eſt videar de Chimæra compilaſſe.

In Mortem Architæ Tarentini.
Ode. XXVIII.

Te maris & terræ numeroq; carentis arenæ
Menſorē cohibent Archita. (nū
Pulueris exigui ꝓpe litt⁹ parua mati
Munera, nec quicquā tibi prodeſt
Aerias tentaſſe domos, animoque rotundum
Percurriſſe polum morituro.
Occidit & Pelopis gēitor cōuiua De-
Tithonusq; remot⁹ ī auras. (orū.

Docet

Docet omnes tandem eſſe morituros, nec poſſe nos a mortis violentia liberari, artibus & diſciplinis, nã omnes ſunt interituri aut docti aut indocti ſint, & quod multiplex rerum cognitio hanc moriendi neceſſitatẽ nõ poſſit effugere, ſumit exemplum ab Arehita, quẽ ſic alloquitur, Arehita.) Vocatiui caſus eſt. Hic fuit Tarẽtinus qui Meta põti vt Valerius ſcribit, Pythagoræ *dogmata didicit, et* Pla*toni fuit amiciſſimus, quem a Dionyſii tyrannide liberauit, vt ſcribit Diogenes. vide etiam Suidã.* Munera Parua *pulueris exigui.) paruum ſepulchrum ex terra ubi cadauera conduntur. Cobibẽt.) continent & claudunt. Te menſorem maris et terræ.) qui menſus es terræ & maris ambitum, & altitudinem tamquam optimus Geometres.* Prope *littus* Matinum*.) prope montem Apuliæ quem* Matinum *appellant iuxta mare exiſtentem. Nec quicquam prodeſt tibi tentaſſe domos aerias.) ſtuduiſſe aſtrologiæ ac diligenter fuiſſe contemplatum ſiderum motus ac cæli conuerſionem. Et percurriſſe.) perluſtraſſe. Animo morituro.) e corpore tandem diſceſſuro, ſeu intelligendũ eſt, Horatiũ falſò hic ſenſiſſe cum aliis, qui male ſentiebant de animæ immortalitate.* Polum rotundum*.) cælum quod rotundum Deus conſulto effinxit, vt magis aptum eſſet ad conuerſionem. Occidit & pelopis Genitor.) reſpondet Architas. mortuus eſt Tantalus pelopis pater. Conuiua Deorum.) ap-*

poſitio eſt, qui vocauit ad conuiuium deos, iiſq; filium Pelopem appoſuit epulandum, nota eſt fabula, conuiua etiam Deorum Tantalus fertur, nã Iup. illum, vt inquit Hyginus, ad Epulum Deorum admittebat, & cum eo ſua communicare conſilia ſolitus erat, quæ cum ille hominibus renuntiaſſet, ad inferos detruſus eſt. apud quos eam luit pœnam, vt cum vult aquam ſumere, illa recedat, & poma ei ſuper caput pendeant, quæ cum vult carpere, rami vento moti recedant, Itẽ ferunt Saxum ſuper caput eius ingens pẽdere, quod ſemper is timet, ne ſuper ſe ruat. De ſaxo meminit Euripides, & Pindarus, in Iſthmiis. Tithonus.) Laomedontis filius adamatus ab Aurora, quæ Tithonia coniux a Poetis appellatur. Remotus in auras.) obiit & eius anima in aerẽ volauit a corpore diſcedẽs, ſeu reſpexit ad fabulã, quæ fertur de Tithono ſene in cicadã cõuerſo propter loquacitatẽ, cicadæ enim interdũ volitant per aera, et in altis arborũ ramis conſidunt: De Tithono in cicadã conuerſo, Lucianus et Suidas meminerunt. M. Cicero in Catone ait, Ariſtonem Chium de ſenectute loquentem feciſſe Tithonum, illum tamen noluit ipſe imitari, ſed Catonem potius introduxit.

Et Iouis arcanis Minos admiſſus, habentq;

Tartara Panthoiden iterũ Orco
Demiſſum; quamuis clypeo Troiana refixo
Tempora teſtatus, nihil ultra
Neruos, atque cutem morti conceſſerat atræ
Iudice te, non ſordibus auctor
Naturæ uetiqꝫ ſed omnes una manet nox
Et calcanda ſemel uia lethi.
Dant alios Furiæ toruo ſpectacula Marti
Exitio eſt auidis mare nautis.
Miſta ſenum ac Iuuenum denſantur funera, nullum
Sæua caput Proſerpina fugit

Minos.) Rex cretæ qui cum iuſtiſſimus fuiſset, inferorum iudex appellatus eſt, & a Virgilio Quæſitor dictus. Quæſitor Minos vrnam mouet; Hic Iouis & Europæ filius fuit, ut ſcribit Diodorus frater Aeaci & Rhadamanthi. alij tamẽ dicunt Aea

directam libertatem acceperunt Orcinij erunt liberti. ij a nonnullis intelliguntur libertate donati a Te*ſtatore uita defuncto, & in Orci familiam aſcripto, apud Martialem legitur Orcinia ſponda, per quam accipiunt ſandapilam. Teſtatus Tempora Troiana) dicebat enim Pythagoras ſe ad* Troiam *militaſſe, poſtea Pythagoram renatum refixiße* Clypeum*, quem Troianæ portæ fixerat Euphorbi nomine appellatus. Nihil ultra neruos.) Pythagoras qui animæ immortalitatem perſuadebat, præter corporis compagem docebat. nihil ſuum a morte fuiße ſublatum, corpora enim quæ oſſibus, carne, ſanguine,* Neruis *& cute conſtãt, ex lege naturæ, quæ diu non poteſt illam cõſeruare temperiem, deficiunt & intereunt, anima uero re manet & immortalis eſt, de cuius immortalitate ut inquit* Plinius *locutus eſt primus omnium Pherecides Pythagoræ magiſter.Non ſordidus auctor.) non imperitus ſcriptor. Naturæ.) rerum naturalium;* Inſtituit *enim teste Diogene genus Philoſophiæ, quod italicum eſt appellatum, & naturalia perſcrutatus eſt, Muſæumq; habuit Crotone. Veriq;.) rerum ad uitam & mores ſpectantium, nã bonum & uerum reciprocãtur; Vnde colligimus* Pythagoram *naturalium & moralium fuiße doctorem. Sed omnes una manet nox.) omnibus tandẽ eſt moriendum;* Ita *etiam de* Morte *loquens Catullus cecinit,* Nox *eſt perpetua una dormienda.*

&

& Virg. Olli dura quies oculos & ferreus urget ſomnus, in æternam clauduntur lumina noctem. Nihil morte certius, quidquid Oritur tandem occidit, ut uerum ſit illud Euripidis; Cunctis mortalibus debetur mori, & Ariſtophanes uere dixit; uanum eſt timere mortem, omnes enim hanc obire ex lege naturæ debemus. Furiæ.) Tres eſſe perhibentur, & a Poetis Eumenides appellantur, hæ dicuntur ardentibus inſectari facibus ſceleroſos, ut Oreſtem & Alcmæouem paricidas. ſed non ſine allegoria. intelligimus conſcientias, quæ ſtimulant facinoroſos, quare uere dixit Cicero pro Roſcio. Nolite putare quemadmodum in fabulis ſæpe uidetis, eos qui aliquid impie ſcelerateq; commiſerunt, agitari & perterreri tædis ardentibus, ſua quenq; fraus & ſuus terror maxime uexat ſuum quenq; ſcelus exagitat amentiaq; afficit; ſuæ malæ cogitationes cõſcientiæq; animi terrent, hæ ſunt impijs aſſiduæ domeſticæq; furiæ, quæ dies noctesq; parentum pœnas a ſceleratiſſimis filiis repetant. Idem Cicero in primo de legibus. Agitant & inſectãtur impios furiæ, non ardentibus tædis, ſicut in fabulis, ſed angore conſcientiæ. Heſiodus fingit natas ex ſanguine pudendorum cæli, qui cecidit in Terram; Lactantius Statij interpres dicit eſſe Noctis et Erebi filias; Orpheus appellat in hymnis Caſtas filias magni Iouis Terreſtris & perſephones. Dant alios.) faciũt ut

alij pereant in bello, & ſint ludi Martis, quem torum appellat alludens ad ſæuitiam bellorum. Exitio eſt auidis Mare Nautis.) nautas Mare abſorbet & deuorat, Nautas auidos appellauit, nam nullum vitæ diſcrimen extimeſcunt, vt diteſcere poſſint, ſe periculoſo mari committentes. Miſta ſenum &) ſenes & iuuenes intereunt, & Mors nullam ætatis habet rationem; Proſerpina ſæua.) quæ nulli parcit. Fugit Nullum caput.) uellit enim crinem fatalem ut fabulantur ex unoquoque capite, quo uulſo neceſſe eſt mori, vide Macrobium. Proſerpina dicta eſt ut ſcribit varro, quod ut ſerpens modo in dextram modo in læuam late mouetur, eſt enim luna. aliter uocatur Perſephone. Tibullus. At mihi Perſephone nigram denuntiat horam.

Me quoque deuexi rapidus comes Orionis
Illyricis Notus obruit undis.
At Tu Nauta uagæ ne parce malignus arenæ
Oſſibus & capiti in humato
Particulam dare; ſic quodcumq; minabitur Eurus

Fluctibus

Fluctibus Heſperiis, Venuſinæ
Plectantur Syluæ Te ſoſpite; mul=
taqꝫ merces
Vnde poteſt tibi defluat æquo
Ab Ioue, Neptunoqꝫ ſacri cuſtode
Tarenti.

Me quoque.) Introductus Architas, ait ſe tempe ſtatis ui fuiſſe immerſum, precaturq; Nautam, ut terrã cadaueri inſepulto iniiciat. Notus.) Auſter qui dictus eſt ab humore, uentus pluuius qui cum per maria ad nos ueniat procellas gignit, In Africa ut docet Ariſt. gignit ſerenitatem. Comes orionis.) Appoſitio. Oriente enim & occidente Orione cæleſti ſigno, magnæ fiunt tempeſtates, fabulam Orionis uario modo ueteres deſcripſerunt, Hyginus dicit a Diana fuiſſe interfectum, quod uellet eam uiolare, poſtea a Ioue in ſtellarum numerum relatum, Palæphatus ait, ſcorpionem e terra in illum emiſſum, qui circa calcaneum percuſſit interfecitq; quod dianæ uitium offerre uoluerat, Iouis demum miſeratione inter ſidera collocatus eſt. ſunt etiam nonnulli, qui dicunt Teſte Apollodoro fuiße peremptum, quod ad Diſci ludum Dianam prouocarit, Terræq; fuiſſe filium uaſtiſſima corporis magnitudine; Therecides inquit Neptuni

ptuni fuiſſe filium & Euryales qui tanta fuit pedũ leuitate ut per mare poſſet incedere; Deuexi.) in Occaſum uergentis, ut oſtendat loci ſitum, ubi collocatus eſt Orion. Vndis Illyricis.) Mari Illyrico quod Illyriam alluit; At Tu Nauta.) mortuus Achitas precatur Nautã, ut miſeratione affectus uelit inſepultum cadauer humare, Naturale eſt enim deſiderium ut poſt mortem corpora noſtra ſepeliantur, & humo mandentur, ut etiam apud Xenophontem humari ſe præcipit Cyrus; ſic enim libuit conuertere. Meum corpus filij cum e uita ceſſero, neque in auro neque in argento, neque in quapiam alia materia condite, ſed quamprimum terræ reddite, quid enim felicius eſt quam cum ipſa terra miſceri, hæc enim cuncta pulchra & bona gignit & alit, nec iniuria Virgilius noſter commentus eſt, ſybillam ita hortari Aeneam. Præterea iacet exanimum tibi corpus Amici, Heu neſcis, totamq; inceſtat funere claſſem, Dum conſulta petis, noſtroq; in limine pendes, ſedibus hunc refer ante ſuis & conde ſepulchro, Ioſeph etiam moriturus ſepulchri ſui Curam ſuperſtitibus mandauit. Ne parce malignus.) noli uti hac immanitate ut pigeat te dare particulam arenæ cadaueri meo. Arenæ uagæ.) quam uentus huc & illuc impellit. Oſſibus & capiti inhumato.) mortuo corpori, cuius prima pars caput eſt, & ubi caput ſepultum eſt, ibi cadauer ineſſe

docent

fuerat prædictum, putabat eventurum. Numquã enim fore existimabat, vt ſereno aere plueret, cum igitur ſpem plane omnem abieciſſet, atq; animum demiſißet mæſtitia: Vxor quæ cum eo nauim conſcenderat, Marito blandita eſt, ut dolori mederetur, illiusq; capite in genua reclinato, pediculos inquirebat, tum flebat mulier aſpiciens rẽ ex mariti ſententia non ſuccedere, & cum multas effudißet lacrymas Phalanti viri caput madefecit, Illeq; ſtatim oraculum intellexit, Aethra.n. vxor dicebatur, & ſic ſequenti nocte Tarentum *cœpit, vrbem profecto maximam & opulentiſſimam.* Tarenti *floruit Iccus, vt ſcribit Euſtathius, medicus, qui vitæ frugalitate, venit in prouerbium. Icci conuiuium, quod frugale intelligitur, ibi etiam natus eſt Rhynton qui* Tragica *uoluit in ridicula carminibus mutare, quare deinceps nugator appellatus eſt, ludebat enim in ijs, in quibus nullus erat luſus.*

Negligis immeritis nocituram
Poſt mcdo te natis fraudem committere, fors et
Debita iura, uiceſqȝ ſuperbæ
Te maneant ipſum, precibus non linquar inultis

Teque

Teqꝫ piacula nulla reſoluent;
Quanquam feſtinas: non eſt mor
longa, licebit
Iniecto ter puluere curras.

Negligis.) ſenſus eſt ſi pro nihilo putas te hoc ſce lus perpetrare, cum te pigeat mihi inſepulto puluerem inijcere; debes conſiderare, hanc impietatem poſteris etiam eſſe nocituram, qua de re coniycimus hanc poetæ fuiſſe ſententiam, ut mala quæ a Parentibus committuntur, poſſint quoque filijs obeſſe dei permiſſu. Fors & debita iura.) Fors potius hoc in loco eſt aduerbium quam nomen. Debita iura) debitæ pœnæ quæ iure quodam diuino te manebunt. Vicesq; *ſuperbæ.)* Rerum *mutationes & uiciſſitudines damnoſæ, & calamitoſæ, nam licet nunc in tuto ſis, fortaſſe aduerſam fortunam experieris, quæ ſuperbiet & in te ſæuiet, Teque piacula nulla reſoluent.) Nullæ expiationes luſtrationesq; & nulla ſacrificia te liberabunt; Quid eſt enim quod magis ulciſcatur Deus quam immanitatem quæ contraria eſt charitati, quæ omnia bona complectitur? Quamquam feſtinas.) quamquam celeri nauigationi intentus es, & alio feſtinanter contendis, Non eſt mora longa) non multum temporis conſumendum eſt, & perſuadet a facili, licebit iniecto ter puluere*

uere curras). post quã ter puluerem cadaueri meo inieceris poteris curſum conficere, Virg. Aut tu mihi terram inijce nanq; potes. Ter.) Virg. & magna Manes ter uoce uocauit.

Ad Iccium. Ode. XXIX.

Icci beatis nunc Arabum inuides
Gazis; & acrem militiam paras
Non ante deuictis Sabeæ
Regibus, horribiliq; Medo
Nectis catenas; quæ tibi Virginum
Sponſo necato barbara ſeruiet?
Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum ſtatuetur unctis
Doctus ſagittas tendere ſericas
Arcu paterno? Quis neget arduis

Miratur Poeta, Iccium qui prius Philoſophiæ deditus erat, & Stoicos libros comparare ſtudebat animum ad alia conuertiſſe, quare cum hanc animi mutationem factam præter opinionem uideat, omnia fieri poſſe dicit, quæ contra naturæ præſcriptum eſſe uidentur; Icci beatis nunc Arabũ Gazis inuides.) Inuidia plerumq; facit ut conemur diuitias maiores congerere; dum dolore tor-

quemur uidentes alios nobis eſſe locupletiores; Gazis) diuitijs uocabulum perſicum eſt: quo Virg. etiam eſt uſus & Cic. Virg. in.1.Aen. Et Troia *Gaza per undas, Cic. Pro Pom. Qui ab auro gazaq; regia manus abſtinuiſſet; Nonnulla enim peregrina uocabula ſunt a latinis auctoribus uſurpata, ut ſcribit Quintilianus libro primo, vbi hæc uerba leguntur. Verba aut latina aut peregrina ſunt, peregrina ex omnibus prope dixerim gentibus, ut homines, ut inſtituta etiam multa uenerunt, taceo de* Tuſcis*, ſabinis, & præneſtinis, & quæ ſequuntur. Arabum.) Arabiæ tres, ut quidam aiunt, duæ ut ſentit Stephanus, quarum altera fert aromata inter* Perſicum *& Arabicum mare, Altera autem Magis accidentalis, Aegypto coniuncta occidentem uerſus, ſeptentrionem uero, Syriæ. eadem fere tradit Euſtathius. Hæc autem Plin. litteris mandauit. Arabia gentium nulli poſt ferenda, amplitudine longiſſima, & infra. Ipſa uero peninſula Arabia inter duo maria rubrum perſicumq; procurrens, quodam naturæ artificio ad ſimilitudinem atq; magnitudinem Italiæ mari circumfuſa. Et acrem militiam paras.) bellum moues, quod acres requirit homines, non pigros languidos & timidos. Militiæ tria eſſe ait genera Seruius, legitimum in quo ſinguli iurabant, ſe non deſerturos militiam, niſi re peracta, Tumultuarium, in quo quia ſingulos interrogare non uacabat.*

bat, qui ducturus erat exercitum, aſcendebat in capitolium, idemq; duo vexilla rapiebat, vnum roſeum quo pedites euocabantur, alterũ Cæruleum quo equites, Et qui conueniſſent ſimul omnes una iurabant, quod genus coniuratio dicebatur, Ter*tium euocatio, cum ex proximis vrbibus aut prouincijs, euocabantur auxilia.* Regibus *Sabææ.) ſcribit Euſtathius Dionyſij interpres Nabatæos, et Sabæos, quos alij ſabos appellant, inter quos Bizantius eſt, felicem arabiam colere, vbi myrrha Tus, Cinnamomum & Balſamũ naſcuntur. Non ante deuictis.)*Teſte *Plinio ſolus* Romanorũ *Aelius Gallus Arabiæ bella intulit. Nectis catenas) paras vincula. Medo horribili.) bellicoſo & ferocitate ſua horrorẽ hoſtibus incutienti. Quæ Virginum.) quæ virgo. modus eſt loquendi a Græcis & Latinis vſurpatus, vt quis hominũ, ideſt. Quis homo, Quis amicorum, ideſt quis amicus. & ſimilia, per virginem hoc in loco intellige puellam floridæ ætatis, quamuis nupta ſit. Barbara.) quæ nata eſt apud Barbaros, Notum eſt enim omnes populos appellari barbaros præter Græcos, nã olim latini etiam Barbari dicebantur. ſed de hac re diximus alias. Seruiet.) famulabitur et ut antiquo utar uerbo, quo Cicero vſus eſt & Plinius, ancillabitur, nam mulieres bello captæ, ancillæ dictæ ſunt ab Anco Martio, qui victis hoſtibus multum feminarum numerum cœpit, ſiue (vt inquit.*

Feſtus) quod antiqui anculare dicebant pro miniſtrare , ex quo dij quoque ac deæ feruntur coli, quibus nomina ſunt anculi & anculæ . Sponſo necato .) proprie ſponſus eſt ille cui ſpondetur puella, vel qui ſpopondit ſe ducturum . Quis puer .) quis ſeruulus. Ex *Aula) ex laxiori domus parte vbi ſerui aſtant ad nutum parati. Capillis vnctis .) vnguento delibutis , pueri enim bene compti & vnguentati olim* Romanis *deliciarum ſtudioſis, ſeruiebant . Statuetur) cõſtituetur a te Domino, vnicuique enim ſeruo ſuum erat munus obeundum . Ad cyathum .) ad pocula miſcenda , & vina fundenda , vt fungatur illius officio, qui pocillator a nonnullis nuncupatur . Doctus Tendere .) doctus iacere nota locutionem . Sericas ſagittas .) a Seribus populis dictas , qui hanc artẽ iaciendi ſagittas optime callent, Stephanus Seres Indicã gentẽ vocat, quæ hominum uitat cõmercia . Idem ſentit Euſtathius qui vltra bis centum uiuere annos illos tradidit . Arcu paterno .) Arcu hæreditario & a patre relicto, ſæpe enim filij patres imitãtur, & quædam ſunt regiones in quibus cõmunia fere ſunt viuendi genera, & ijſdem in rebus filij ſe exercent, in quibus olim patres , nam vt maximus* Tyrius *teſtatur, Thebani fere omnes erant* Tibicines, et Cre*tenſes pene cuncti Venationi ſtudebant . ſed excutiamus diligenter poetæ verba vt intelligamus quo pertineant , perinde quaſi dicat .* O Icci *. ſi eo*

conſilio

conſilio animum ad bella gerenda conuertiſti, vt puellas & pueros rapias, cogitare debes, hanc nationem eſſe barbaram nec ſatis aptam ad miniſteria, præterea neceſſe erit manus cruentare, & cædem facere, quod fieri non poterit ſine crudelitatis vitio & vitæ periculo.

Pronos relabi poſſe riuos
Montibus, & Tiberim reuerti?
Cum Tu coemptos vndiq; nobiles
Libros Panætii, Socraticã & do-
Mutare loricis Iberis (mum
Pollicitus, meliora, tendis.

Cum Iccius qui prius toto pectore in Socraticam philoſophiam incumbebat, ſententiam mutaſſet, & animũ ad bella gerenda applicuiſſet, a quibus videbatur ita alienus, vt nullo quidem pacto a ſtudijs bonarum artium abduci poſſe videretur, Poeta putat omnia tandem fieri & in contrariam naturam verti poſſe. Quis neget Pronos riuos.) qui deorſum labuntur, ex altis montibus deſcendentes. Poſſe relabi.) refluere. Et tiberim reuerti.) Tyberim eo poſſe redire, vnde defluxit. Cum Tu tendis.) contendis. Mutare.) commutare. coemptos vndique libros Panætij.) Vndique conquiſitos libros Panætij philoſophiam continentes, qui

Rhodius fuit, & quem Cic. in officijs eſt imitatus, fuerunt autẽ plures Panætij de quibus Suidas ita meminit. Panætius Rhodius vetus philoſophus de quo multus inter philoſophos ſermo, dicuntur eius libri philoſophici plurimi, Panætius Iunior Nicagoræ filius Rhodius, Philoſophus Stoicus, Diogenis familiaris, qui Scipionem cognomento Africanum inſtituit poſt Polybium Megalopolitanum, mortuus eſt Athenis. fuit & Alius Panætius medicus paruæ ſtaturæ, qui proceram duxit vxorem a qua deſpici ſolebat. Socraticam domum) ſectam Socraticam. Loricis Iberis.) bellicis pectorum monumentis, quæ noſtra tempeſtate maculis ex duriſſimo chalybe conſtant, & quas Ibericas appellat, ab Iberia quæ Hiſpania eſt. Hæc enim græce ita vocatur. Pollicitus meliora.) cum multo meliorem expectationẽ concitaſſes, omnes enim credebant te in ſententia permanſurum, & progreſſus in Philoſophia facturum, cuius cognitio multo melior eſt, quã militaris exercitatio, quæ multorum mater eſt malorum.

Ad Venerem. XXX.

O Venus, Regina Gnidi, Paphiq́;
Sperne dilectã cypron, & uocãtis
Ture te multo Glyceræ decoram
Transfer in ædem

Feruidus

Feruidus tecum puer, & ſolutis
Gratiæ Zonis, properentq; Nym
phæ,
Et parum comis ſine te Iuuentas
Mercuriusq;

Precatur Venerem ut uelit in ædem ſe conferre, ubi frequenter a Glycera ſacrificia fiunt, precaturq;, ut ſecum ducat Cupidinem filium, ſimulq; ueniant Gratiæ, Nymphæ, Iuuẽtas, et Mercurius, quod non ſine ratione fictum eſt, nam filius Vene*ris eſt cupido, qui nos excitat ad Venerem. Vnde Virgilius merito cecinit; Nate meæ uires mea magna potentia ſolus; ſine Gratijs ingrata eſt Venus: Nymphæ quæ ſaltationibus delectantur, & ætatis flore pollent, bene congruunt cum* Matre *cupidinis, Iuuentas fauet ijs, qui concubitu delectantur, ſenes enim defectione caloris nõ ſunt idonei ad hanc uoluptatem capiendam, bene etiam conuenit Mercurio cum Venere, qui Deus eſt eloquentiæ, nam notum eſt illud ouidianum. Facundum faciebat Amor, Regina Gnidi Paphiq;) Catullus multa recenſet loca: in qbus colitur Venus.* Vide Hendecaſyllabos*, quorum principium eſt. Annales Voluſi cacata charta. Gnidos Opp. eſt cariæ, Paphos Cypri.* Transfer te*.) relinque loca olim tibi accepta, & confer te. In Aedem deco*

audens aliquid contra eorum facere arbitrium, & credens eos tanto numini ſuoq; principi uoluntate ceßuros, quia multi erant illic, ubi capitolium conſtitutum eſt, per augurium quæſiuit, utrum concedere locum uellent Ioui atq; inde ipſi cedere, omnes uoluerunt, preter Martem, Terminum & Iuuentutem, Atque ita capitolium cōſtructū eſt. vt etiam iſti tres intus eßent tam obſcuris ſignis, vt hoc vix homines doctißimi ſcirent. Mercuriusq;) hic eloquentiæ Deus adiuuat Venerem. vnde) catullus. verboſa gaudet venus loquela. Alii gratiarum eße ducem perhibent, quod non temere, ſed cum delectu gratificari debemus, prior tamen ratio mihi magis probatur.

Quid petendum ab Apolline.
Ode XXXI.

Quid dedicatum poſcit Apollinem
Vates? quid orat de patera nouū
Fundens liquorē? non opimæ
Sardiniæ ſegetes feraces,
Non æſtuoſæ grata Calabriæ
Armenta; nō aurū, aut ebur indi
Nō rura, quæ liris quieta (cū,
Mordet aqua taciturnus amnis.

Premant

Premant calena falce, quibus dedit
Fortuna uitē; diues & aureis
Mercator exſiccet culullis
Vina ſyra reparata merce.
Diis carus ipſis; quippe ter & quater
Anno reuiſens æquor Atlanticū
Impune; me paſcunt oliuæ
Me cicorea leuesq; maluæ.
Frui paratis & valido mihi
Latoe dones, at precor integra
Cum mente, nec Turpē ſenectā
Degere, nec cithara carentem.

Poeta nihil amplius ab Apolline petendum putat, quam rectam animi & corporis valetudinem, vt muſis dare operam poſſit; Quare docet ea, quæ vulgus ſic ardenter appetit, ut ſuo moderari deſiderio neſciat, tamquam ſuperuacanea eſſe contemnenda. Quid dedicatum poſcit Apollinē Vates?) Quid ab Apolline petit Poeta? Apollini templū teſte Suetonio dedicauit Auguſtus, & loquitur de Apolline tamquam de Deo poetis propitio. De patera nouum fundens liquorem.) vinum, quo etiam veteres in ſacris vtebātur; Virg. 4. Aeneidos

dos, Iupiter omnipotens cui nunc Mauriſia pictis Gens epulata toris, lenæum libet honorem. Nouum.) recens expreſſum, nam nouum & vetus vinum dijs libari ſolebat. Vide Varronem ubi de Meditrinalibus loquitur apud quem hæc verba leguntur. Nouum vetus vinum bibo, nouo veteri morbo medeor. Non opimæ Sardiniæ ſegetes feracis.) ſupple orat. Quid ſit ſeges alibi diximus ex auctoritate Varronis, quaſi dicat Poeta nō petit frumenta Sardiniæ, quæ ſuapte natura ferax eſt, & magnam tritici copiam reddit: Sardinia ut ſcribit Euſtathius dicta eſt a Sardone Herculis filio, aliter appellata eſt Icnuſa a pedis ueſtigio. Illius inſulæ homines ut idē aſſerit ferino fere ſunt ingenio, ut ſi forte capiantur in bello, mori potius quam uiuere uelint. & ſi uiuant, dominis non obtemperent. habitata hæc inſula eſt ab Hiſpanis, deinde ab Heraclidis. Aeſtuoſæ calabriæ.) Intelligit Apuliam. quam lycopronis interpres appellat etiam Dauniam & calabriam & quæ nimio ſolis eſtu & aquarum penuria æſtiuo tempore laborat. Non aurum.) cuius ſacra fames eſt; Non ebur indicum.) quod ab India uectum eſt, ubi Barrrorum ideſt Elephantum copia, a quibus dictum eſt ebur. Non rura. Rura appellata ſunt, quod quotquot annis, rurſus facienda ſunt eadem, ut rurſus capias fructus, de hoc nomine ſum alibi locutus, Quæ lyris quieta mordet aqua.)

quæ

quæ lambit ſedato flumine Liris campaniæ fluuius celeberrimus, de quo ita meminit Cicero libro de legibus ſecundo, Fibrenus ſtatim præcipitat in lirem & Pl. libro iiij ultra Circeios Volſci, Oſci, Auſones, Vnde nomen modo latij proceſſit ad lirim amnem. Amnis Taciturnus.) appoſitio eſt, fluuius qui tacite labitur; ut vix fluere uideatur, quod fit ratione loci, & aquarum profunditate. Virgilius ita etiam loquitur de Tiberi. Leni fluit agmine Tybris. Aqua quieta.) non obſtrepenti, cum enim fluuij per decliuia loca & ſaxoſa labũtur tunc obſtrepunt, ſecus cum per campi planiciẽ, & arenoſum alueum, ubi non ſunt lapides. Premant uites.) putent uineas; Calena falce.) bipẽni, qua utũtur Caleni; Falces a farre, littera cõ mutata, ut inquit Varro, hæ in campania ſeculæ ſunt a ſecando dictæ, leguntur falces fenariæ, adoreæ, lumariæ, & ſirpiculæ. Lumariæ, quibus ſecãt umecta, cum in agris ſerpunt ſpinæ, quas, quod a terra agricolæ luunt ideſt ſoluunt, lumecta appellant, Sirpiculæ uocatæ ſunt a ſirpando, ideſt ab alligando. ſunt etiam falces putatoriæ bipennes de quibus hic meminit Auctor. Quibus fortuna dedit.) hãc enim rebus humanis dominari putat uulgus, Et Mercator diues.) bene nummatus, qui huc & illuc ſe confert nihil periculi detrectans, ut diteſcat. noſti enim illud. Currit Mercator ad Indos per mare pauperiem fugiens. Exſiccet. exhauriat

bamriat Vina reparata.) uina redempta uel per mutata; Merce ſyra.) merce ex ſyria tranſuecta, ubi eſt aromatũ copia, Culullis aureis.) uaſis po torijs, ſed ego exiſtimo eſſe hypallagen, exſiccet ui na culullis, ideſt exiccet culullos uino plenos. Dis carus ipſis.) loquitur nunc Poeta ſecundum uul gi ſententiã, quod diuites exiſtimat a Dijs gratiã iniſſe, quorum nutu cuncta diſpenſantur ut ait Homerus. Sed aliud ſacræ docent litteræ, quæ pau peres Deo magis placere oſtendunt, & diuites plurimos eſſe iniquos aut iniqui heredes quod pro bat etiam diuus Hieronymus. Ter & quater.) *ſæpius.* Vt *ſit numerus finitus pro infinito Macro bius* Virgilianum *illud declarat. O terq; quaterq; beatii ideſt per omnia beati.* Mare *Atlanticum.) quod* Mauritaniam *alluit ab Atlante monte dictum, Impune.) ſine aliqua iactura; Me paſcunt oliuæ Me cicorea leuesq; maluæ) Ego non delector diuitiarum magnitudine ut laute & delicate uiuam, ueſcor oliuis tantum cicoreis & maluis, quas leues appellat nam uentrem ſoluunt; unde il lud Martial. Vtere lactucis et mollibus utere mal uis & reliqua, ſic Poeta ſignificat ſe more Pythagorico uictitaſſe. Pythagorici enim oleribus ueſcebantur, ut inquit Diogenes, & Iuuenalis, Viue bidentis amans & culti uillicus horti, Vnde epulum poſſis centum dare pythagoreis. Latoe.) Apollo latonæ fili. Dones) concedas. Frui parata:is.)*

Siue iactatam religarat udo
Littere nauim.
Liberum; & Muſas, Venerēq; & illi
Semper hærentem puerum canebat,
Et lycum nigris oculis nigroq;
Crine decorum.
O decus Phœbi & dapibus ſupremi
Grata Teſtudo Iouis, o laborum
Dulce lenimen, mihi cunq; ſalue
Rite uocanti.

Vtitur proſopopæia figura, alloquitur enim Teſtu*dinem ſuam perinde quaſi aures habeat, hortaturq; illam ad carmina, oſtendit etiam ſe in his carminibus Alcæum Poetam fuiſſe imitatum, qui licet rei militaris fuiſset ſtudioſus, numquā tamē animū a Poeſi auertebat; ſi quid uacui.) fere feriati, cū nullis pene diſtinemur curis, & licet nobis otiari; Sub umbra.) ſub locis umbroſis, quæ frequentari ſolent uel ab ijs, qui æſtiuo tempore genio indulgent, uel a Poetis, qui ſeceſſum petunt & ſolitaria loca, quod ille oſtendit ita dicens, Carmina ſeceſſum ſcribentis & ocia quærunt.* Te

cum

cũ cecinimus. nã lyrici Poetæ ad lyram carmina canebãt, ludo verbum inter alias hanc habet ſignificationẽ vt ponatur per cano. Virg. pro uel ſcribo ludere quæ vellẽ calamo permiſit agreſti. ſed hoc vſurpatur in rebus leuioribus. Quod & hũc in annum viuat & plures) optat ſibi nominis celebritatẽ, cupitq; carmina ſua, vt diu viuant hæc enim ſpes immortalitatis rapit multos ad laborẽ ſuſcipiendum, præſertim illos, qui pollent ingenij acumine, & voluptaria contemnunt. Vnde credo Veteres qui tot elegãtiſſimos libros ediderunt, hoc honoris cõparandi deſiderio præcipue flagraſſe, quare ambitio non eſt admodum vituperanda, ſi duce virtute, gloria daſideratur, et recte dixit Quintilianus. Ambitio vitium eſt, ſed multarum cauſa virtutũ, nec inficior, vt cedam ueritati, virtutem ipſius cauſa colendam, ſtudijsq; bonarum artium operam eſſe dandam, vt animi excolantur, qui ſi rudes fuerint & imperiti, terreſtria tantum curabunt et cæleſtia negligent. Dic latinum carmen.) exprime ſono tuo latinum carmen lyricum. Primũ modulate.) temperate Lesbio ciui.) Alcæo qui natus eſt in lesbo, lesbos eſt inſula et oppidum; ſcribit Euſtathius Dionyſii interpres, poſt inſulas Ionicas, apparere illas, quæ Aeolides appellantur, quarũ prima vt idem inquit, eſt lesbos, cuius ambitus eſt mille ſtadiorũ, & quæ Orphei caput ſibi vendicat, propterea

quod illius, poſt mortem, caput loquens eò aiunt fuiſſe delatum. hoc fictum eſt, quia in ea inſula Poetæ & eloquentes viri floruerunt, vt Arion Pittacus, Alcæus, & Sappho, de hac re ſum alibi locutus. Qui ferox bello,) Ariſtoteles quarto li- 3
bro de Rep. teſtatur, Antimenidem & Alcæum præfuiſſe exulibus Mytilenæis. Inter arma.) inter bella. Siue religarat.) ſcilicet ad Primneſium. hoc enim nomine Pompeius palum appellat, ad quẽ funis nauticus alligatur, alij Tonſillam nuncupant. Liberum.) cantabat Bacchum, quem Poetis præeſſe aiunt, & qui liber dictus eſt nam liberat ſoluitq; animum curis, cõpertũ eſt illos qui vino ſe ingurgitant, omni cura ſolutos eſſe, vt alio in loco dictum eſt, ſed auctor Etymologicon ſentit dictũ eſſe Lyæum quod lyan, ideſt contentionẽ pariat, vel a ſolutione vt ita dicam Suturæ. aiunt enim Iouem illum ex vtero Semeles exemptum femori ſuo conſuiſſe, vel quod ebrij vino ſoluantur. Et Muſas.) de his alibi diximus. Veneremq; & illi ſemper hærentem puerum.) Venerem & Cupidinem filium, qui numquam a latere Veneris diſcedit, voluptas enim & deſiderium ſociantur. Et lycum.) puerum in quo Næuum Alcæus laudabat. Decorum Nigris oculis nigroq; crine.) hic enim color in oculis, et capillis commendatur. Idem Poeta alibi ait. ſpectandum nigris oculis nigroque capillo. Teſtudo Decus Phœbi.) datur

Teſtudo Apollini, nã ſol fertur ſiderũ moderator, & dum globi cæleſtes contorquentur, muſicũ fieri ſonum dicebat Pythagoras. Grata Dapibus ſupremi Iouis.) Epulis Iouis optimi maximi qui voca tur ab Homero, Diuum hominumq; Pater; ſed cũ dicat Apollinis teſtudinem gratam eſſe Ioui epulanti, reſpicit ad morem antiquorum, quorũ conuiuijs aderant cantores, Vt Phæmius & Demodocus apud Homerum, & Iopas apud Virgilium. Liuius ita meminit de pſaltrijs, & ſambuciſtrijs. in bello Macedonico, Tunc *pſaltriæ ſambuciſtriæque, etiam conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. Dulce lenimen laborum.) Numeris enim muſicis animi permulcentur & corpora facilius Labores ſubeunt, quare videmus baiulos qui ſimul pondere aliquo grauantur, voces quaſdam emittere, & ſuo quodam concentu lenire labores, Sed hoc etiam faciunt vt ſimul vociferantes vno eodemq; tempore vires effundant & facilius onus perferant. quia de muſica plenius alibi ſum locutus, non par eſt eadem ſæpius inculcare; Cumq:)quãdocumq;. Mihi rite vocanti: ſalue) mihi te inuocanti tempeſtiue, & certis temporibus, quibus animus eſt aptior ad canendum, & pangenda carmina Salua ſis & incolumis.*

FINIS.

BIBLIOTECA NA[...] MANUS[...]

DIXI ex quorundam ſententia, ſeptem fuiſſe metas, nec verum illarum numerum poſſe intelligi ex verbis Tranquilli: Tu vero legito quid ſentiat Caſſiodorus, qui ſeptem fuiſſe ait in Epiſtolis.

Vbi legis Etruſcos Pelaſgorum Gentes appellari a Dionyſio, intellige ſecundum veram illius ſententiam, Pelaſgos ad Etruſcos ſe contuliſſe, & vna cum his habitaſſe.

Vſurpaui ſententiã Ariſtotelis, a Poeta ſumptã.

Μεταβολὴ πάντων γλυκυτάτη.

Sed vera Philoſophi verba hæc ſunt.

Μεταβολὴ παντων γλυκύτατον.

Scripſi Plutonem Diſpatrem a Lactantio vocari, apud quem legi Diespitrem, quo nomine Iouem non Plutonem appellari compertum eſt, quare placuit Diſpatrẽ aut diſpitrẽ Corrigere.

Vbi Legis Grandinem, eſſe aquæ Guttam, quæ dum per mediam aeris regionẽ defluit conglaciat, Scito, ſecundum Ariſtotelẽ, non procul a terra ſæpe gigni, ſed poſtremo ille docet etiã in ſuperno loco ideſt in media regione poſſe fieri.

Dixi ventum eſſe exhalationem, vt intelligas hanc eſſe venti materiam.

Vbi dixi rem continentem pro contenta poni, locutus ſum grammatice non latine. nam conten

tus

tus potius eſt nomen, quam participium.

Vbi de Gratijs ſit mentio, quas quidam quattuor eſſe dixerunt, hæc etiam legito: Macrobius *tradit has Apollinem geſtare dextera, Arcum cum ſagittis ſiniſtra, quod ad noxã ſit pigrior, & ſalutẽ dextera manus promptior largiatur.* Sed hoc *melius (vt dixi) refertur ad quattuor anni tempora.*

Omnes qui Græcum lexicon compoſuerunt, ſcribunt Muſas *dictas eſſe quaſi* μελοῦσας, *&* Orpheum *teſtantur, hoc ego numquam in illius* Carminibus *potui inuenire,* Sed *placuit hanc etymologiam ex aliorum ſententia ſcriptam relinquere.*

Alij Dorico alij Phrygio cantu Alexandrum a Ti*motheo fuiſſe incenſum ad bella gerenda perhibent, ſed Dion Chryſoſtomus vere cantum illum* Orthion Nomon *appellat*

Acadamici veteres Iram Cotem fortitudinis uere vocarunt, Sed idem fere tradit Ariſtoteles.

Scripſi *Diuum Hieronymum mentionem facere de Satyro in vita Diui Antonij: Alij vitam Diui* P*auli primi (vt aiunt) Eremitæ inſcribunt Ego vero plura de Antonio quam de* Paulo *ibi dicta eſſe cognoui.*

Vſurpaui in Commentario. Vt plurimum. exemplo Ciceronis. Sed quia locus ille in libro de legibus forte corruptus eſt, ſi me amas, deleto.

Obſerua Lector numerum Foliorum qui falſus eſt.

Librarij Errores *ita* Corrigantur.

Folio 6. pagina ſecunda. Pamphilii, Pamphylii
Fol 6. pag. 2. Cynaræ filio: Cinyræ filia
Fol. 6. pag. 2. Metonis, Meionis
Fol. 6. pag. 2. Atamantis, Acamantis.
Fol. 7. pag. 2. Columella lib ro xii, Columella libro xi.
Fol. 16. pag. 1. Iginium, Hyginum,
Fol. 11. pag. 1. quæ pro ideſt, que pro ideſt,
Fol. 14. pag. 1. ἐυρύχορον ἐυρύχωρον
Fol. 37. pag. 1. ὑριοιο ὑριοιο
Fol. 45. pag. 2. ἦρασ ἦρασ
Fol. 56. pag. 2. ἀσραγάλοισι ἀςραγάλοισι
Fol. 60. pag. 2. πὺρ. πῦρ
Fol. 67. p. 1. ἐνυαλλι'ω. ἐνυαλίω
Fol. 67. p. 2. συμπώτην. συμπότην
Fol. 70. p. 1. ἀλλεςαι. ἅλλεςαι
Fol. 78. φιλοτιτα ισοτιτα. φιλότητα ἰσότητα
Fol. 79. p. 1. ἀρμόζειν. ἁρμόζειν
Fol. 84. p. 2. ὀρχηςήντε. ὀρχηςύντε
Fol. 18. pag. 1. graues ſæculum, graue ſæculum.
Fol. 20. pag. 2. habet igitur, habes igitur,
Fol. 34 pag. 2. In decimo Aeneidos. nono Aeneidos,
Deltha. Delta. Chartag. Carthag.

Fol.24.pag.1.Mythilenæus, Mytilenæus:
Fol.26.pag 2.vnus qui nobis, Vnus homo nobis
Fol 27.pag.1.ſollicitare votis apud Virgilium, Sollicitare votis apud Tibullum.
Fol.27.pag.2.Camuleia, Canuleia.
Fol 32.pag.2 dedigniaris, dedignaris,
Fol.35.pag.2 præcipitum Africum, præcipitem Afr.
Fol.36.pag.1.Tecnas, Techнas,
Fol.37.pag.1. Vt placidus tradit, Vt palæphatus tradit,
Fol.37.pag.1. alter Hellen. alter Helleuis. quare corrigendus eſt locus apud Homeri Iuterpretem, quem Nonnulli Didymum appellant.
Fol 37.pag.1.Amphitea, Amphithea.
Fol.40.pag.1.ab Hya Fratres, ab HYa Fratre
Fol.42.pag.1 defiunxiſſe, diſiunxiſſe.& ſic in reliquis
Fol.45.pag.2.Placidus, corrige Palæphatus.
Fol.49.pag.1. putet. putat.
Fol. 50 pag.2.Porphiruſſa, Porphyruſſa.
Fol 50.pag.2. Tibullus ad numerũ. corrige Ouidius ad numerum
Fol 53.pag 2. ſeu poſcit agnam, ſeu poſcat agnam.
Fol.56 pag.1.Manium Poſtulionẽ. Deum manium poſtulionem.
Fol.57.pag.1.Me tabula ſemper, me tabula ſacers
Fol.57.pag.2.hoc ode, hac ode.
Fol.58.pag.2.Plutarchus facit, Valerius facit.
Fol.64.pag.2 appellauit Ariſtoteles, appellarunt Academici.
Fol.65.pag.2.Pyſander, Piſander
Fol.66.pag.1 Dignum Merionen. Nigrum Merionen. ſic etiam corrigendum eſt in commentario.
Fol.69.pag.2.ab Horatius, ab Horatio.
Fol. 73, pag. 2. Fracibus, Flocibus,
Fol.73 pag.2.Oenanthen. Oenuttam.
Fol. 74 Cychuræ, Cychrea.
Fol.74.CYchræo. Cychreo.

Fol. 74.pag.2.vt ſentit Placidus, vt ſentit Placiades.
Fol 75.pag.1.lib.xiij. lib.xxxv.
Fol.78.pag 1. . teſte Plutarcho . corrige. Teſte Diogene
Fol.78.pag 1. celebrat Dionyſius. Celebrat Plinius.
Fol.78.pag.1. Varro .corrige idem Plinius.
Fol.82. pag.1 .o cæli mundique Terrarum cæliq;.
Fol.83. pag 1. apud Virgilium. apud Ciceronem ex antiquo Poeta.
Fol.85.pag. 1. amabilem Vocē. amabilem cantum.
Fol.85. pag.1.non ſaltatio, nam ſaltatio.
Fol.85.pag.1.per plani cie, pro planicie.
Fol.86.pag.1. Virg.lib.3. Virg.lib.5.
Fol 90.pag.2.Aſtronomos. Aſtrologos,
Fol 93.pag.1.Cecropis, Cercopis
Fol.103. ad Theodotten. ad Theodectem.
Fol.107.pag 1. Pythis. Pitys.
Fol.111.pag.1.iſpe. ipſe,
Fol.113.pag.1. Aiacen. Aiacem.
Fol.120.pag.1. Osyride. Oſiride
Fol.120.pag.2. ſuā auis. Suauis.
Fol.127.pag.1. viui, vini.
Fol.127.pag.1. autimus, animus.
Fol.128.pag.2. colit, coli.
Fol.139.pag.2. eſt Lydiæ, eſt Lyciæ.
Fol.141.pag.1.Syrao, Syro.
Fol.141.pag 1. inhabitalem, inhabitabilem.
Fol.141.pag.1. ad mara, ad mare.
Fol.157.pag.1. Auſtor, Auctor,
Fol.159.pag.2.minabitus, minabitur.